




Bd. 110.

Dubbi 24 Cl 874.8  
vi





THEOPHILI CHRISTOPHORI  
HARLES

# SUPPLEMENTA

AD

INTRODVCTIONEM

IN

HISTORIAM LINGVAE  
GRAECAE

*TOMVS PRIMVS.*

---

---

JENAE  
IN BIBLIOPOLIO ACADEMICO


1804.

STATEMENTS

MEMORANDUM

Z  
7021

H3  
1792  
suppl.  
t.1



1122690

---

SUPPLEMENTA  
AD  
INTRODVCTIONEM IN HISTORIAM  
LINGVAE GRAECAE.

AD PROLEGOMENA.

*Ad pag. 1. not.*

*Alexandri Politi*, graecar. litter. in Pifano Lyceo Professoris — oratio de litterar. graec. necessitate, in Pifano Gymnasio, a. cIoIoCCXXXIII. publice habita. *Gottlob Aug. Jenichen* recensuit, et singularia quaedam de Alexandro Polito adiecit. Lipsiae 1757. 4.

*Tib. Hemsterhus.* orat. de L. Gr. praestantia, ex ingenio Graecorum et moribus probata; in eius et Valkenarii orationibus, iunctim editis Leidae. 1784. 8. — *Pet. Gierding* diss. de studio L. Gr. linguae lat. praemittendo. Hauniae. 1791. 8.

*Niemeyer über die Lesung griechischer Dichter, zur Entdeckung der stufenweisen Ausbildung moralischer Begriffe, Ein Beytrag zur Methodik des Unterrichts. Halae Saxon. 1792. mai. 8. — M. Jo. Ge. Purmann, Rect. Pr. über den Geist der griechischen Dichter. Francof. ad Moen. 1775. et 1777. 4.*

*Ad pag. 5. lin. 17.*

Corrige *Dutens*, eiusque libro add. Discourses on different subjects by the Rev. *Richard Polwhele*, The II. edit. To which are added two Discourses and an Essay. London. 1791. II. voll. 8. Ille autem in altero adiuncto sermone: Essay on the comparative Learning and Morality of the ancients and moderns, omnino nec tamen firmis adlatis vtens argumentis, recentiorem aetatem litterariam praefert cum antiquissimae tum vero ei, qua regnantibus Elisabetha atque Anna floruerunt in Anglia litterae. Sine vlla igitur haesitatione Miltonum Homero, Camoens Virgilio, Cornelium, (Corneille) Racinum, Shaksparium, et Otwagum Aeschilo, Sophocli atque Euripidi, Molierium et Congrevium Aristophani ac Plauto, Popinum et Boilauium Horatio atque Iuvenali, Clarendonum Thucydidi, Lytteltonum Xenophonti, Dauilam Liuiio, Macchiauellum et Gibbonum Tacito praefereudos opinatur. In architectura quidem et arte sculptoria antiquiores praestitisse recentioris aetatis artificibus, in reliquis autem doctrinis artibusque

que antiquitatem a recentiore nostra aetate esse superatam iudicat et pro tripode quasi edicit.

Moderatius et curatius iudicat D. *Jenisch* in *Vorlesungen über die Meisterwerke der griechischen Poesie, mit besonderer Hinsicht auf die poetische Meisterwerke der neu-europäischen Litteratur. In II. Theilen. Erster Theil. Berol. 1805. mai. 8.*

*Ad pag. 6. lin. 3.*

Conf. *Ant. Schori* liber aureus de ratione docendae discendaeque L. Gr. Noua editio adornata a *Fried. Wilh. Jonathau Dillenio. Stuttgart. 1780. 8.*

*Jo. Jac. Simon*, Prof. in vniuers. Treuerica etc. Pr., quo L. Gr. aduersus quorundam anteceptam opinionem vindicatum ibat. Augustae Treuiror. 1787. 4.

*Knetschke* Pr. de lingua graeca haud raro doctorum culpa discentibus inuisa. Zittau. 1792. fol.

*M. G. C. Oertel*, Rectoris quondam scholae Neostad. ad Aissum, Pr. de causis L. Gr. in scholis discendae. Norimbergae 1768. 4.

*J. K. F. Wernlein* Pr. Ueber die Mittel, den griechischen Sprachunterricht auf Schulen zu erleichtern. Neostad. ad Aissum. 1795. 8.

Et tamen quidam, nomine prudenter non addito, ausus est studium L. Gr. et L. ex scholis exterminare, in: *Blattschrift an die deut-*

*Jchen Fürsten, die lat. und griechische Sprache aus den Schulen zu verbannen.* Cöthen. 1790. 8.

Ad cl. *Brehmii bibliographisch. Handbuch etc.* (de quo libro paullo inferius sermo erit,) part. I. pag. 594. sqq. et pag. 408. sqq.

*Ad pag. 7.*

Cel. *Alter in Lips. allg. Litt. Anzeiger a.* 1801. no. 51. p. 292. nuntiauit, *Demetrium Alexandridem* conscripsisse historiam Graecorum inde ab antiquissimis vsque ad nostra tempora. III. voll. 8. —

Add. *Lawätz Handbuch für Bücherfreunde etc.* tom. I. part. I. pag. 599. seqq.

*Ad pag. 9. sub. fin.*

Corrige ita de *Saxii Onomastico*: Pars *sexta* prodiit 1788. — Pars *septima et vltima*, cum indice omnibus partibus communi. 1790. — Pars *octava*, eaque mutato auctoris consilio postrema, in recensendis recentissimi aevi scriptoribus eruditis occupata, prodiit nuper a. 1805.

Idem vir de republica litteraria optime meritus opus illud maius in compendium rededit, huius sententiae: *Onomastici litterarii epitome, tam historiae vniuersae, quam reliquarum artium fidei aestimandae reatrix; siue fasti scriptorum veteris et medii aevi verisimilibus, quantum fieri poterat, accuratioribusque subinde, quam in prima editione, temporum notis; nec non paulo maiori numero digesti.* Ultraiecti ad Rh. 1792. 8.

*Ad*



*Ad pag. 11. lin. 12.*

Ex *Baylii* Dictionaire, (cuius noua editio in minore forma promissa est,) selegit anonymus quidam in libro: *Peter Bayle Historisch-kritisches Wörterbuch, deutsch übersetzt im Auszuge etc. Lübec. 1779. et 1780. tom. I. II. et in alium ordinem redegit in tom. I. capita, quae ad Theologos pertinent, in II. autem tomo graecos et rom. poetas. Pari modo L. Henr. Jacob philosophos ex eo seligere coepit. Halae. 1797. I. tom.*

*Lycée, ou cours de Litterature ancienne et moderne, par J. F. Laharpe. tom. I — VII. an. VII. (1799.) Paris. ap. Agasse. In tom. I — III. persequitur auctor antiquam litteraturam. T. I. agitur cap. 1. de Aristotelis arte poetica; cap. 2. de Longino  $\pi\epsilon\rho\iota$   $\delta\psi\upsilon\omicron\upsilon\varsigma$ ; cap. 4. sectt. 2. de poetis epicis graecis ac lat. cap. 5. de tragoedia veterum. T. II. cap. 6. de comodia veterum, cap. 7. de lyrica poesi vet. Graecorum ac Romanorum; cap. 8. de idylliis; cap. 9. de satyra, sect. 1. et 2. de epigrammatibus sect. 5. cap. 10. de elegiacis et eroticis poetis. Lib. II. de eloquentia; lib. III. de historia et philosophia. A libro IV. incipit litteratura Franco-Gallorum. Ad Germanorum vsus accommodare hoc opus, vitiis aequae ac virtutibus conspicuum (V. Jen. A. L. Z. a. 1800. nr. 106 — 108.) instituit *Eichstadius*, versione vernacula, quae compendium operis, cum multis annotationibus et correctionibus interpretis, continet.*

Com-

Commodum historiae Litteraturae gr. compendium est *Jo. Aug. Kienäcker Handbuch der Geschichte der griechischen Litteratur. Berolini. 1802. 8.*

Nouum opus incepit cl. *Brehm.*

*Bibliographisches Handbuch der gesammten neuern, sowohl allgemeinen als besondern griechischen und römischen Litteratur. Von Georg Niklas Brehm, Prof. der Philosophie zu Leipzig. Erster Theil. Allgemeine griechische u. römische Litteratur. Lips. ap. Casp. Fritsch. 1797. m. 8. — Zweiter Theil. Besondere griechische Schriftstellerkunde. ib. 1800.* Ex priore parte huc potissimum pertinent sectio I. de libris, in quibus historia vel omnis Graeciae Latinae, vel singularum gentium singulorumque hominum est exposita; sect. IX. de libris ad notitiam et litteraturam utriusque linguae spectantibus; sect. XII. de subsidiis et via utriusque linguae discendae docendaeque, et sect. XV. de libris, in quibus siue vet. auctorum enarratur vita, siue illorum scripta atque edd. indicantur, siue catalogi editt. aut manuscriptorum exhibentur, siue de libris editis aut versionibus iudicatur. — In altera parte recensere coepit secundum ordinem scriptorum graecorum alphabeticum recentiores potissimum editiones ac versiones librosque, in quibus varia ratione memorati graeci auctores emendantur, explicantur aut illustrantur. — *Aug. Matthiae* prolus. de historia litterarum graecarum secundum aetates ac tempora sua descri-



scripta, in Miscellaneis philologicis, vol. I. part. 2. Altenburg. 1803. 8. pag. 217. sqq.

*Ad pag. 15. not. \*). lin. penult.*

Lege *Ikenii*, et pag. 17. not. lin. 16. leg. *Rhenferdii*. — *Fried. Gottlieb Rinck* diss. de linguarum orientalium mira conuenientia cum graeca. Regiomont. 1788. 4. *Gerbrandi Bruining* tractatus de Graecorum aliorumque populorum originibus, earumque anteriore termino cataclysmo, in Actis literariis societatis Rheno-Traiectinis. tom. III. Lugd. B. et Traiecti ad Rhen. 1801. 8. p. 227 — 397. Huc praecipue pertinent §§. LV — LXIV.

*Ad pag. 13. not. fin.*

In nouis miscellaneis Lipliens. vol. VII. part. I. pag. 99 — 157. exstat *J. P. S.* (*Süßmilch*) specimen glossarii harmonici graeco-phoenicii; sectio I. exhibens voces, quarum conuenientia materialis et formalis cum orientalibus est manifesta et certa; tum in part. II. pag. 215 — 247. speciminis glossarii graeco-phoenicii quae restant. In praef. ad prius specimen pag. 101. promisit plura specimina, tum ex graeca, tum ex germanica et anglica linguis petita; et, ceterum, ait, eo tantum vsque hunc laborem continuabo, quo vsque eum ad propositam demonstrationem, linguas nimirum europaeas, graecam imprimis et germanicam, veluti matres reliquarum, Sarmatica, seu Slaunonica excepta, vtpote quae mihi plane ignota, in orient-

ta.

talibus contineri, necessarium existimauero. — Enimuero, num ad exitum rem perduxerit, nescio; saltem in reliquis nouorum miscell. Lips. partibus continuationem non reperi.

*Ad pag. 21. not.*

Add. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. lib. IV. c. 37. pag 198. et lib. VI. cap. 40. ibid. pag. 685. sq.

Ex lingua *Ammonitarum* seu potius *Cuttitarum*, quae pars fuisse dicitur stirpis Ammonitarum, post multas migrationes ac mutationes factas, ortam esse linguam graecam, demonstratum, scilicet! iuit *Philippus Allwood* in: *Litterary Antiquities of Greece*, as developed in attempt to ascertain Principles for a new Analysis of the Greek Tongue, and to exhibit those Principles as applied to the Elucidations of many Passages in the ancient History of that Country. To which are added Observations concerning the Origin of several of the literal Characters in use among the Greeks. Lond. 1800. 4. At quam lubrica sit ista opinio, quam inanis ille labor, bene docetur in ephem. litter. Gotting. 1800. nr. 188.

*Ueber Griechenlands älteste Geschichte und Sprache. Ein Versuch von Wilh. Friedr. Hetzel*, (Prof. tum Giefs. nunc Dorpatensis,) Leucopetrae et Lips. 1795. 8. Ingeniose quidem, saltem operose atque copiose v. c. demonstrare quasi adnitus est, originem L. Gr. esse Semiticam, h. e. colonos Semitarum n. Pelegitarum, qui graece Πελασγοί

γὸι dicti essent, eam circ. tempora Isaaci patriarchae primos ex Asia intulisse in Graeciam. Conf. *Jo. Fried. Fscheri* Animaduersionum ad *Jac. Velleri* Grammaticam, *specimen primum*. Lips. 1798. 3. pag. 5. sqq., vbi multa is collegit, docteq. exposuit de litteris graecis, earum numero, origine, figuris, nomine, scriptura, huiusque variis generibus, vi et potestate etc.

Quando litterae *cursuuae* s. minusculae adhiberi coeperint, dubium adhuc est. Illam quidem inscriptionem, quae a. 1745. inter rudera Herculanensia eruta, et exhibita in *Pitture antiche d' Ercolano* p. 54. tom. II. *cursuuis*, vti aiunt, litteris nigris et rubris in pariete exarata, notatur spiritibus et accentibus, spuriam et fictitiam esse, manumque prodere recentissimam, monet *cl. Villoison* in epistolis Vinariensib. Tiguri, 1785. 4. pag. 106. et 120., qui antea secus senserat in *Anecd. graecis* tom. II. p. 145. sq. Inprimis *cl. Schow* in charta papyracea graece scripta musei Borgiani p. 111. sq. fidem et antiquitatem inscriptionis illius pluribus iisque grauib. oppugnat argumentis. Ante Titi tamen tempora in vsu fuisse litteras *cursuuas*, hodie non negatur. Sic eiusmodi litteras, sed ductus extemporales, (nos Germani vocant eos *Gekrizzel*) olim adscripserant classarii Pompeiani aliue columnis gypsatis areae exercitationibus militum destinatae in castro militari, iuxta portam Pompeianam sito, annoque 1767. detecto, (v. *Ge. Henr. Martini* *das gleich-*

*gleichsam auflebende Pompeii etc.* Lips. 1779. 8. p. 139. sq.) Docte et copiose illud monumentum et illarum litterarum antiquitatem vsumque explicuit cel. *Murr*, in opusculo (II. plag.): *Specimina antiquissima scripturae graecae tenuioris seu cursivae, ante imp. Titi Vespasiani tempora*, ex inscriptionibus extemporalibus classiariorum Pompeianorum exhibet cum earundem explicatione *Christoph. Theoph. de Murr*, cum tabula aenea, Norib. 1792. min. fol.

Varia graecarum litterarum specimina, tabulis inscripta aeneis, proponuntur in: *The Origin, and Progress, of writing*, as well hieroglyphical as elementary; illustrated by engravings taken from marbles, Mssts and charters ancient and modern, etc. by *C. Th. Aistle* Londini. 1784. 4. et in: *An analytical Essay on the Greek Alphabet*, by *Richard Payne, Knight*, Londin. 1791. mai. 4. cum XI. tabulis aeneis, quod opus valde laudatur in ephem. litter. Gotting. a. 1792. plag. 196. pag. 1962. lqq.

*Ad pag. 22. lin. 2.*

*Sigea* siue lapidis *sigeensis* inscriptio, commentario *Chishuli* illustrata, repetita est a *Muratorio* in *Nouo thesauro* inscriptt. tom. IV. p. 2103 — 2117. item in *Franc. Hesseli* praefationis adpendice, stella 7. ad *Gudii* Inscriptiones, 1751. fol. — Lucem quoque illi accendere studuerunt *Mich. Maittaire* in *disseratiuncula in sigeam inscriptionem* p. 180 —

185. inserta eius Miscellaneis graecorum aliquot scriptorum carminibus, Londini 1724. 4. et *Sam. Barker* in litteris ad *Wassium* datis: *A. Letter to Mr. Wasse, concerning a Passage in the Sigean Inscription*, et in Bibliotheca. litterar. Londin. 1724. 4. nr. X. Acute expendit illam *Ric. Bentleius* in epistola franco-gallica, quam proposuit ccl. *Saxius* in tom. II. Actorum literar. societatis Rheno-Traiectinae, Lugd. Bat. et Traiecti ad Rh. 1795. 8. nr. 1., praemisso *Saxii* nuncio et admonitione de *Richardi Bentleii* epist., qua *Chishullianae* inscriptionis, vt vulgo dicitur, *Sigeae* interpretatio expenditur.

*Ad pag. 22. lin. 5.*

*Amyclaeam* inscriptionem *Payne* in libro antea memorato fictitiam esse pronuntiat, atque censor illius in ephem. Gotting. litt. efficit quidem ex *Paynii* argumentis, illam a *Fourmontio* esse ex pluribus inscriptionibus et aliquot fragmentis compositam. Neque aliquid eorum, quae *Fourmont* *Amyclae* vidisse se iactitavit, reperit ibidem *Hawkin* in itinere suo; contra cum *Fauvel* existimat, *Fourmontum* omnia finxisse. v. eph. litter. Gotting. a. 1792. p. 1965. et a. 1800. p. 1806.

*Ad pag. 22. lin. 11.*

Sive in recent. ed. *Fischeri* animaduerss. tom. I. pag. 24. Add.

Dissertation sur une ancienne Inscription Grecque relative aux Finances des Atheniens, contenant l'état des Sommes, que fournirent  
pen-



pendant une année, les Tresoriers d'une Caisse particulière. Par M. l'Abbé *Barthelemy*, Garde du Cabinet des medailles etc. Paris. 1792. 4. v. Addenda ad tom. II. part. 2. p. 517. sq. et *Casaubon*. animadu. ad Athen. X. p. 453.

Add. Petr. Ger. Duckeri diss. praeside Kyril. Mich. van Goens ventilatam de Simonide, Ceo. Trai. ad Rh. 1768. 4. cap. IV. p. 72. sqq.

*Ad pag. 23. §. 5.*

Quomodo vocabula graeca ex alia lingua, aut ex graecis latina et germanica per transpositionem litterarum orta fuerint, ingeniose, nec raro audacter et contorte infinitis paene exemplis demonstrare adnifus est M. *Car. Fried. Guil. Kadisch* in: *Deutscher Monatschrift*, m. Maio, Lips. a. 1799. p. 27. sqq. — *Jo. Arn. Kanne* ausführlicher Erweis der Verwandtschaft des Teutschen und Griechischen, Lips. 1802. mai. 8.

*Ad pag. 25. lin. 24.*

Sic etiam ortae sunt diuersae linguae in Caucaſo. Vid. D. *Jac. Reinegg's* — *Allgemeine historisch-topographische Beschreibung des Kaukasus. Aus dessen nachgelassenen Papieren gesammelt und herausgegeben von Fr. Enoch Schröder*, part. I. Gotha u. St. Petersburg 1796. 8. conf. *Gothan. ephem. litter.* a. 1797. plag. 22. pag. 202. sqq.

*Ad pag. 28. sqq.*

De rhythmo Graecorum liber singularis, Oxon. 1738., cuius auctor est *Guil. Cleauer*,  
epi-

episcop. Cestriensis, qui etiam, nomine suo non praefixo, edidit: Decretum Lacedd. contra Timotheum Milesum, Oxon. 1777. 8. —

*Foster* on Greek accents. Londin. 1762. 8. — melius *ibid.* 1765. 8. in cat. bibl. Alkew. pag. 5. — *Car. Phil. Mich. Snell vom Ursprunge der griech. Accente. Giessae.* 1776. 4.

Antiquitatem accentuum graecorum, qui hodie sunt in vsu, docte arguteque, at frustra, defendere conatur auctor opusculi: On the Prosodie of the Greek and Latin Languages. Kosbon 1796. 8. conf. *Villoison* comm. ad §. 7. memoratam, qui laudauit locum *Augustini* Quaest. in Genes. I. qu. 162. tom. III. pag. 515. Antwerp., vnde patet, accentus et spiritus tum ad discernenda vocabb. notatos esse.

*Jo. Walker* crit. pronouncing Dictionary of the english Language in a key to the classical pronounciation of greek and latin proper Names-concl. with Observat. on the greek and latin Accent and Quantity etc. Lond. 1798. 8.

On the Prosodies of the Greek and Latin Languages. Lond. 1796. 8. In legendis graecis auctoribus non secundum metrum aut prosodiam, sed secundum accentus pronuntiandum, nec accentus omittendos esse contendit auctor; agit de accentuum antiquitate, quam ad Platonem vsque refert; vulgarem tamen accentus rationem mutat, veteresque, putat, in pronuntiatione et toni et quantitatis habuisse rationem. Enimvero

nero multa adfert, quae incerta sunt, aut diu reiecta meliusue explicita. In adpendice refutare studuit *Primatt.* qui scripsit lib. *accentus rediuiui*, et accentus quidem defendit, sed in poetis legendis metricam declamationem arbitratur esse necessariam. Contrarium statuitur in: *Metronariston*, or a new Pleasure recommended in a Dissertation upon a Part of Greek and Latin Prosody. Londini. 1797. 8. Contra accentuum usum pro metrica declamatione acriter pugnat et, Mekerchi libro de veteri ac recta pronuntiatione L. Gr. atque Vossii libro de poematum cantu potissimum usus, et de Mekercho, Patricio Bruggensi, qui pluribus locis erat legatus et in legatione Londini. 1591. mortuus, de eiusque libro copiosus, multa lectu digna collegit. De utroque lib. v. ephem. litt. Gotting. 1798. nr. 188. p. 1872. sqq.

Linguam gr. non pronuntiandam esse secundum accentus, bene docuisse dicitur *D. Henry Gally* in libro, cuius censura legitur in *Critical Review*, a. 1797. Febr. p. 159. sqq.

De vera sermonis graeci enuntiatione vsuque accentuum v. quoque *Daves* in *Miscellan. criticis*, sect. III. p. 56. sq. et *Burgesff.* in adpend. ad illam sect. p. 506. sqq. edit. Lips. a me curatae; passim quoque de vi et potestate, forma, origine, cognatione, ac permutatione litterarum syllabarumque ab utroque agitur.

De pronuntiatione et prosodia, de syllabis et vocabulis mutis, de diphthongis et conso-



sonantibus, de accentibus, eorumque antiquitate et necessitate variaque illorum ratione ac mutatione per totum librum I. docte acuteque disputat cl. *Godofr. Hermann* in parte prima, de emendanda ratione graecae grammaticae. Lips. 1801. 8.

Accentuum doctrinam diligenter persequutus est *Fried. Volgang. Reizius*, Professor quondam Lipsiens. in prolesion. inscriptis *profodiae graecae accentus inclinatio*, pars I. Lips. 1775. epimeton partis primae, et pars II. ibid. 1782. 4. — reculae sunt praefixo hoc indice: *De profodiae graecae accentus inclinatione scribebat Fried. Volg. Reizius*. Ad ditum est eiusdem carmen: saeculum ab inuentis clarum. Editio repetita, curante *Wolfio*. Lipsiae. 1791. 8. adde *Montfaucon* in noua Diplom. p. 480. sq. et quae cl. *Alter* in: *Ueber Georgianische Litteratur*, Wien 1798. p. 55. sqq. et de usu accentuum aliorumque signorum in codd. mssis attulit.

Aristophanem Byzantium, ann. circiter CC. ante Christum, Olymp. 145. florentem, accentuum, h. e. signorum inuentorem fuisse, ad imitationem notarum musicarum, iam adfirmavit *Vossius*, auctoribus Apollonio et *Arcadio*. Atque Musice et Grammaticae olim fuerunt coniunctissimae, et Graecorum amor cantus reddidit ipsam eorum linguam laeuio rem; conf. *Arnaud* comm. sur la prose grecque, in Mem. de l'Acad. des B. L. tom. XLI. 393. 398. *Vossii* fidem suspectam habuit *Primmattius* in *Accentibus reduiuis* p. 46. Sed

Bur-

Burgess. ad Dawesii miscell. crit. p. 501. ed. Oxon. f. p. 420. ed. Lips. Vossio maiorem tribuens fidem, putabat, *Arcadii* libros περιτόνου τῶν ὀκτώ μερῶν τοῦ λόγου καὶ περὶ ἐνρέσεως τῶν προσωδιῶν, qui inediti lateant in codd. bibl. Paris. posse litem dirimere. Neque Burgess. errasse, postea clare cognouit docuitque cl. *Villoison*, qui ex duobus illis codd. in epistol. *Vinariens.* pag. 115. sqq. ca, quae hanc litem dirimerent, depromsit et graece formulis typographicis curauit describenda. In codd. autem Paris. 2102. ac 2603. haec est inscriptio: Ἀρκαδίου περὶ τῆς τῶν τόνων ἐνρέσεως καὶ τῶν σχημάτων αὐτῶν, καὶ περὶ χρόνων καὶ πνευμάτων. Idem V. D. obseruat, *Arcadii* opus nihil aliud esse, nisi Herodiani τῆς Καθόλου ἐπιτομὴν, et multa in hanc sententiam de vsu accentuum, spirituum etc. antiquo praeclare docteque dixit collegitque.

*Ad pag. 28. fin.*

Conf. *Dan. Peuceri* commentar. differentium apud Graecos vocum, potissimum ex Ammonio, Lesbouacte et Philopono collectus et locupletatus. Dresdae. 1749. 8. — Collectio vocum, quae pro diuersa significatione diuersum accentum accipiunt; auctore *Cyrillo*, vel potius *Philopono*, in usum scholae Lugd. Batavae. ed. altera. Lugd. B. 1751. 8. conf. Fabr. B. Gr. VI. p. 321.

*Ad pag. 29. §. 7.*


Philopappus Huralthospitaliorum fratrum; seu Apologeticum pro veteri ac germa-

mana linguae graecae pronuntiatione, ex hodierna Cacophonia in priscam Euphonia facile vindicanda. Ad clariss. vir. D. Mich. Hospitalium etc. Edit. secunda emendatior et auctior. Basileae, typis Leonhardi Ostenii. 1587. 8. pag. 16. et 19. dedit auctor exempla locaque, quomodo pronuntianda sint.

De pronuntiatione litterarum graecarum, maxime vocalium ac diphthongorum, *Rhodomannus*, Erasmi tuitus rationem, longam scripsit adnotationem ad Quintil. Calabr. VI. 246. pag. 359 — 361. ed. J. Corn. de Paw.

*D' Ancillon* de pronuntiatione vocalis Ἠτα quaerit, num ut *E* laxum, an ut ἰᾶ pronuntiarī debeat? in Miscellan. Lips. a Pezoldio curatis, tom. VIII. Lips. 1718. 8. obs. CLXVI. pag. 57. sqq. et contendit pluribus, antiquos ἦ pro *e* longo habuisse ac pronuntiasse, adhuc temporibus Constantini M., nec nisi circa V. aut VI. saeculum aerae christianae mutationem fieri coepisse. *Fischer*. quoque in animaduerss. ad Welleri gramm. gr. spec. I. p. 21, ubi plura de hac controuersia collegit, praefendam censuit Erasmiā vocalium pronuntiationem. — cel. *d'Ansse de Villoison* comm. de pronuntiatione, accentuatione et prosodia L. Gr. antiquae, in *Manuel de la Langue gr.* s. Enchiridio L. Gr. an. X. repet. a *Millino* in Magasin encycl. tom. V. 7me. ann. nr. 20. p. 456 — 481. et latin. in epitomen redacta in cel. *Beckii* comment. societ. philol. Lips. vol. III part. I. p. 36 — 40.

Enim



Enimuero fac, illam esse antiquissimam vniueque veram, hoc tamen certum esse existimo, nos nescire, plurimos certe haud recte tenere veram legitimamque pronuntiationem. Cuius aures, licet Reuchlinianae consuetudini haud adfuetae, non offenduntur dura illa et vasta, immo agresti vocc. αὐτὸν, σαυτὸν etc. pronuntiatione, ex ore multorum quidem Erasmanorum saepe diducto effusa? — Huc quoque referri possunt *Grainville* dissertat. sur les divers rythmes employés par les premiers poètes dramatiques de la Grèce, in *Magazin encycl.* (1801) a. VI. tom. V. nr. 17. p. 51 — 58. et *P. J. Barthez*, *Medic. nouvelles Recherches sur la Déclamation théâtrale des anciens Grecs et Romains.* Ibid. a. VI. (1801.) tom. V. nr. 13. p. 209 — 224. De vtraque comm. v. *Beckii* comment. soc. philol. Lips. vol. III. part. I. p. 40. sqq. ibid. part. II. pag. 344. memoratur ex *Nouo Mercurio germanico*, a. 1802. part. VIII. Aug. p. 254. sqq. comm. de *Neograecis*, et primum quidem de pronuntiatione linguae eorum et doctrina. Defenditur hodierna L. Gr. pronuntiatio; neque Graecos recentiores antiquos litterarum sonos amisisse, immo mollius exprimere. etc.

*Ad pag. 32. §. 8.*

*Lin. 10. sq. corrige: de praepositionibus et aliis eiusmodi generis grammaticorum signis notisque.*

*Ad*

Ad pag. 32.

Quaestionem et litem, quot casus nomina apud Graecos habeant, et de qua multus est Perizonius ad Sanctii Mineruam, *Euerh. Scaevdus* in animaduerss. ad Sanctii Min. in edit. nouissima Ultraiectina, a. 1795. 8. pag. 84. ita diremit: „aliud est de casuum *vi*, aliud de terminatione quaerere. De *vi* casuum si quaeratur, adparebit, plures esse, quam *quinque* casus apud Graecos, quin et apud ipsos Latinos plures, quam sex septemue poni posse; at nihil certius est, quam *quinque* tantum casuum *terminationes* dari in lingua graeca.” Memorat idem paucis ante annis editam *Valentini Slothouveri* diatriben de origine et causis casuum praesertim in graeca et latina lingua. —

Hemsterhusii \*) placita de analogia linguae gr. et ad origines illius inuestigandas vberius explanarunt Lennep. et Valckenarius. Prieris libellus inscriptus *J. D. a Lennep*, eloquentiae et L. Gr. in acad. Groeningana Prof. in *analogiam linguae graecae*, cui praemissa eiusdem viri docti oratio de linguarum analogia, sine anni nota, sed foedissimis mendis commaculata, prodiit in min. 8. et in titulo profare dicitur Londini, — Parisiis, — Bruxellis, — Lugduni Bat. — Ultraiecti ad Rhenum etc. Postea correctius editus est, ommissa oratione, at Valkenarii egregiis obseruatt.

B 2

etc.

\*) Conf. *Ruhnkenii* elogium Tiberii Hemsterhusii, pag. 40. sqq. ed. II. Lugd. B. 1789. mai. 8.



etc. praemissis, et cruditis Scheidii animaduerſ. ſubiunctis, huius ſententiae:

L. C. *Valckenarii Observationes academicae*, quibus via munitur ad origines graecas inueſtigandas, lexicorumque defectus reſarciendos; et *Jo. Dan. a Lennep* Praelectiones academicae, de analogia linguae graecae, ſive rationum analogicarum L. Gr. expoſitio. Ad exempla MSS. recensuit, ſuasque animaduerſiones adiecit *Euerhard. Scheidius*. Traiect. ad Rhen. 1790. mai. 8. Add. quae idem *Scheidius* in prolegom. ad *Lennepii* Etymologicum L. Gr. de origine vtriusque linguae et primis vocabulorum ſtirpibus docte ingenioſeque obſeruauit. Ab illo tempore viri docti vel in praeceptis L. Gr. grammaticis vel in ſingularibus libris illam *Hemſterhuſio-Lennepianam* diſciplinam, (neque tamen aliis viris graece doctis antea plane incognitam,) vel adoptarunt vberiusque illuſtrarunt, vel hinc inde pauliſper immutarunt aut oppugnarunt. Conf. ſobrium *Hermannii* de illo nimio iuſtoque ſubtiliore originationis gr. ſtudio iudicium in libri de emendanda ratione gr. grammaticae parte prima p. 125. ſq.

*D. G. Sharpe* ſcripſit *Origin and ſtructure of the Greek Language* 1767., qui a pronomine *ἐγω* omnia deriuauit vocabula; contra hunc diſputauit *D. Guil. Vincent* in: *The origination of the greek verb. etc.\**) Is autem

\*) V. Addenda ad *Introd. tom. II. part. II. p. 318. ſqq.* vbi quarumdam recentiorum gramm. notitiam adieci.

tem censuit, omnia verba gr. suas inclinationes s. terminaciones debere verbo ἐώ, in eiusque locum postea successisse ἐπι et ex ἐώ deinceps etiam ortum esse pronomen ἐγω.

*Horne Tooke* in libro edito: Ἑπεα πτερόεντα, or *Diuersions of Purley*. Lond. 1786. demonstratum iuit, duas tantum ab origine fuisse partes orationis, nomina et verba, vnde deriuata essent aduerbia et coniunctiones, omnesque particulas esse vocabula certae significationis; cuius operis, multis excursibus, etiam politicis, et controuersis cum anonymo quodam, qui scripsit *Cassander's Strictures on Mr. Tooke's* ἐπ. πτερ. onusii, nouam editionem III. tom. 4. parari, cognoui ex *Intelligenz-Blatt der J. A. L. Z.* a. 1800. nr. 96. col. 301.

Quo facto *Vincent* ea, quae in suo priore libro scripserat, vberius subtiliusque et vero argutius explicuit firmareque studuit in: *The Greek verb analysed*. An Hypothesis in the source and structure of the Greek Language, and of Language in general, is considered. By *W. Vincent*, D. Lond. 1795. m. 8. conf. ephem. litt. Gotting. 1796. plag. 6. pag. 55. sq.

*Thomas Beddoes*, medicus, in adpendice ad suas *obseruations on the nature of demonstratiue euidence — and reflexions of language*, Londin. 1793. 8. de Batauorum studio graecae originationis inuestigandae refutat disciplinam doctrinamque etymologiae *Hemsterhusio-Lennepianam*, vel ideo parum pro-

probabilem, quod homines rudes eam, quae putatur, linguae gr. vocabulorumque formandorum ac firuendorum quasi metaphysicam scientiam habere haud potuerint. Idem contra Hemsterhusium suumque popularem Monboddø contendit, non verbum, sed nomen fuisse stirpem et veluti fundamentum orationis ac vocabulorum. Denique Tookium vindicat ab aliorum crimine, in eiusque it sententiam, linguam duabus principibus constare partibus, nomine et verbo, reliquasque orationis partes vocat particulas, ex illis formatas.

Idem fere contendit, *Thom. Günther Browne* in: *Hermes unmasked or the arts of speech, founded in the Association of words and ideas; with an answer to Dr. Vincent's Hypothesis of the Greek verb.* Lond ap. Payne 1795. min. 8. et in continuatione. *Hermes unmasked.* Letter III. and. IV. containing the Mysteries of Metaphysics,; *ibid.* ap. Ridyway. 1796. min. 8. atque contra *Vincentium Harrisumque*, auctorem operis: *Hermes, or inquiry concerning vniuersal grammar*, etiam in linguam translati germanicam ab *Ewerbeckio*, (*Hermes oder philosophische Untersuchung über die allgemeine Grammatik, aus dem Englischen übersetzt von Christ. Gottfr. Ewerbeck; nebst Anmerkungen und Abhandlungen von Fried. Aug. Wolf und dem Uebersetzer*, Halae Sax. tom. I. 1788. 8. alter tomus nondum adspexit lucem;) secundum Hartleyanam cognitionem



f. theoriam adfociationis idearum demonstrare conatur, quomodo ex vnico nomine verbum cum reliquis orationis partibus fit profectum. Add. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 605. sqq. et quae ibi adscripsi.

*Ad pag. 36. not. \*)*

At *ionicam* linguam siue dialectum antiquissimam, quae etiam in Homeri carminibus deprehenditur, esse a recentiore diuersam, est notandum.

*Ad pag. 38. lin. antep.*

Scribe: 1766. — Praeter ea de *dialectis* diligenter scripserunt, aut multa collegerunt aliosque VV. DD. laudarunt *H. Stephanus* in comm. docto de atticae linguae seu dialecti idiomatibus, subiuncto Glossariis duobus, ab illo editis, 1575. fol. — *Christ. Theophilus Nigrinus* in diss. de causis dialectorum, speciatim graecarum. Leucoreae, 1702. — *Rich. Bentley*. in diatr. de dialecto attica, qualis initio et progressu temporis fuerit, in resp. ad censuram Boyle §. XII. pag. 174. sqq. et pag. 219. sq. atque §. XIII. pag. 221. sqq. de recentiore dialecto attica, secundum *Lenepii* interpretat. eius edit. Phalar. epp. subiunctam, — rec. in *Bentleyi* opusculis philolog. Lips. p. 526. sqq. — *J. Jac. Ferber*. in diss. inscripta: Suspiciones historico-technicae de dialectis graecis ex consideratione originum migrationumque graecarum nationum collectae. Vitebergae, 1709. 4. — *Fischer*. in Anim-

Animaduersſ. ad Velleri grammt. gr. I. pag. 28 — 56. et deinceps de diuerſis ſingularum ſyllabarum litterarumque formis, dialectis ac mutationibus.

*Ad pag. 39. lin. vlt.*

Eiusdem *Sturzii* Pr. III. Gerae, 1793. et IV. ibid. 1794. 4. — *Pag. 40. lin. 1. add. ſiue ſecundum meam edit. cap. 36. vol. VI. p. 164. ſqq.*

*Pag. 41. lin. 11. §. 10. leg. ſenſum, - et lin. 24. add. ſecundum meam Fabr. B. Gr. edit. vol. VI. cap. 39. pag. 271. ſqq.* Cl. *Hermann* lib. ſaepius laudato adiecit et ex codd. duobus Auguſtanis primus euulgauit graece 1) *Herodiani* fragmentum *περὶ ἡμαρτημένων λέξεων*, quae pars eſt eius libri, ex quo excerpta habemus Phrynicho et Moeridi adiecta, 2) fragmentum lexicī graeci, ſiue, vt *Hermann* in praefat. pag. XV. ſuſpicatur, *Nicephori Gregorae* technologiam grammaticam, 3) libellum de conſtructione verborum, 4) praecepta de proſodia, ex *Herodiano* aliorumque ſcriptis grammaticorum veriſimiliter hauſta. — Excerpta ex *Grammatica Georgii Lecapeni* dedit ex cod. Moſquenſi cl. *Matthaei* in *Lectionibus Moſquenſib.* vol. I. pag. 55. ſq.

*Ad §. 11. pag. 43. not. \*\*)*

Plura de pluribus Aldinis grammaticorum veterum collectionibus obſeruata et vberibus expoſita ſunt in *Fabricii B. Gr. meae* edit. lib. IV. cap. 39. vol. VI. p. 295. — 299.

*Ad*

*Ad pag. 46. lin. 5.*

Noua multoque locupletior atque emendatior *Fischeri* animaduersif. editio prelo postea est emissa inscriptaque: *Animaduersionum ad Jac. Vellerii grammaticam graecam-specimen I.* Lipsiae. 1793. — *Specimen II.* ib. 1799. — *Speciminis III. pars prior* post mortem *Fischeri*, ab hoc tamen iam prelo parata, curante *Kuinoel*, ib. 1800. mai. 3. Idem graece doctiss. *Kuinoel* partem supplebit posteriorem.

*In eadem pag. lin. 50. leg. concinnarant.*

*Ad pag. 47.*

In catalogo *Bünau.* tom. I. vol. III. cap. 3. de lingua gr. pag. 1799. sqq. permulti enumerantur libri atque editiones, huc pertinentes. — Nubem grammat. graec. excitauit *Lawätz* in *Handbuch für Bücherfreunde* etc. tom. I. part. I. p. 407. sqq.

*Cl. Brehm* in *Bibliograph. Handbuch*, part. I. pag. 491. sqq. recenset haud paucas grammaticas gr. recentiores. — Grammaticae gr. variae, a *Nic. Glykys* ex *Joannina*, Venetiis ante an. 1793. typis expressae ex eius catalogo citantur in *Lipf. Allg. Litt. Anz.* a. 1799. nr. 67.

In *Fabricii B. Gr.* vol. VI. cap. 59. p. 271. sqq. exhibetur catalogus grammaticorum gr. vett. atque editionum; tum pag. 582. sqq. sequitur index recentiorum grammat. graec. a me auctus, et in fine voluminis VI. dedi supplementa quaedam. Quapropter in quarum-

rumdam recentiorum grammaticarum commemoratione acquiescam. — Propter libri raritatem memoranda sunt: *Graecae linguae Rudimenta*, praeter hactenus edita singulari et diligentia et breuitate in puerorum usum conscripta, *Ludouico Lopadio* autore. Adiecimus et *Cebetis Thebani Tabulam*, Graece et Latine; h. e. totius humanae vitae elegantissimum typum, quo studiosis non linguae tantum, sed mentis quoque simul formandae materiam exhibeamus, minime negligendam. Basileae M. D. XXXVI. 8. — Item *Ἐπιτομή Γεωργίου Γεθαυμήρου περὶ τῶν ὀκτῶ τοῦ λόγου μερῶν, καὶ Σχηματισμοὶ τῶν χρόνων*. Penitius caetera, quae libellus hic continet, versa plagella docebit. *Colon.* ex officin. Eucharrii. 1536. 8. — *Jehne* grammatica, in *Introd.* p. 47. memorata, primum exiit prelo a. 1732. dein emendat. et auct. Hamburg. 1790. 8.

(*Jaroslai Schimidt*, Gorzensis Profess. physices,) *Anleitung zur griechischen Sprache, zum Gebrauch der studierenden Jugend in den K. K. Staaten.* Pars I. pro classibus inferioribus. Vindob. apud Trattnern. 1780. 8. — Eiusdem institutionum grammaticarum L. Gr. pars altera, continens supplementa grammatica, Chrestomathiam graecam, Lexicon hermeneutico-analyticum, in usum scholarum Austriacarum. Viennae, typis Jo. Th. Nobilis de Trattnern, 1781. 8. pro classibus rhetoricis ac poeticis.

De (*Haffii* Prof. Regiomontani) *Versuch einer griechischen und lateinischen Grammatologie etc.* v. add. ad tom II. part. II. *Introduct.* in hist. L. Gr. p. 519. *Seuere* de eius conatu et ratione demonstrandi iudicauit cl. *Hermann*, vestigiis *Reizii*, Prof. quondam. Lips. praeceptoris sui, vt plurimum infestens, in libro saepius laudato, pag. 124. sqq. in libro II. cap. I., in quo de *Hemsterhusiana* aliorumque ratione explicandae gramm. aperte sentit. In illo libro toto *vulgaria* praecepta ratioque docendae discendaeque grammaticae gr. sagaciter acuteque emendantur et fere immutantur. Index autem libri hic est:

*Godofredi Hermanni* de emendanda ratione graecae grammaticae, pars I. acced. *Herodiani* aliorumque libelli nunc primum editi. Lipsiae. 1801. mai. 8. In huius partis libro I. in capp. XXII. agitur de elementis, in libro II. qui absoluitur XXXII. capp. de partibus orationis. In vltimo capite exhibet auctor indicem verborum irregularium, et a praeceptis opinionibusque aliorum grammaticorum frequenter facit discessionem.

*Elementa etymologica* L. Gr. in vsum tironum, succincte edita a *J. J. Malero*, Carolsruhae. 1750. 8. — reuisa, aucta, emendata a *W. F. Wucherer*, P. P. O. ibid. 1796. 8.

*Vollständige griechische Sprachlehre. Eine berichtigte und vermehrte Auflage der zu wenig geschätzten Märkischen Grammatik; mit den gelehrten Bemerkungen mehrerer Sprach-*



*Sprachforscher, insbesondere der Herren Prof. Reitz u. Ilgen. Herausgegeben v. D. Friedr. Hülsemann, Rector des Johann. zu Lüneburg. I. Band, welcher den Elementar- und etymologischen Theil enthält. — II. Band, welcher den Syntaktischen Theil, mehrere Anhänge und ein vollständiges Register enthält. Lips. 1802. min. 8.*

*Jo. Christ. Struchtmeyeri Rudimenta L. Gr. maximam partem excerpta ex Jo. Verwey noua via docendi graeca. Ad systema analogiae a Tiberio Hemsterhusio primum inuentae, ab eruditissimis vero summi huius viri discipulis latius deinceps explicatae effinxit et passim emendauit Euerard Scheidius. Accessit etiam Euer. Lubini clavis L. Gr. Editio secunda. Zuthphen. 1797. 8. Prima editio comparuit 1784. Scheidius in altera ed. contulit Vrsini, Clenardi, aliorumque obseruatt. vt loca quaedam emendaret aut suppleret; librum autem tertium plane immutauit et adcommodauit doctrinae analogiae Hemsterhusianae.*

*Buttmani grammatica gr. (v. Addenda ad tom. II. part. 2. p. 519.) iterum, aucta et tota noua, prodiit Berolini. 1799. 8. conf. ephemer. litter. Gotting. a. 1799. nr. 208. inprimis Jen. A. L. Z. a. 1801. nr. 155. p. 289. sqq. Contra illam quidem Jen. censuram Buttmann amplissimis verbis defendit se in Intelligenz-Blatt der Jen. A. L. Z. a. 1801. nr. 147. p. 1182 — 1189. sed censor ibid. a p. 1189 suum tuetur firmatque iudicium.*

*Trendelenburgii grammatica gr. (Anfangsgründe der griechischen Sprache,)* primum edita est Dantischi 1782. 8. et mutato primo f. inscriptionis folio, Dessau. 1785. 8. — tum emendatior et omnino fere immutata prodiit, Lipsi. 1788. 8. cum praefatione longa lectuque dignissima de natura, structura et conformatione coniugationum graecarum maxime secundum disciplinam Hemsterhusio — Lennepianam. Tertium emendat. Lipsi. 1790. et quartum, ibid. 1796. 8.

Trendelenburgii rationem et doctrinam sectatus est M. Guil. Lange, in: *Griechische Sprachlehre nach ihrem wesentlichen Inhalte und Herrn Prof. Trendelenburg Theorie der griechischen Coniugation*. Lipsiae. 1791. mai. 8. — Contra oppugnarunt eam Jo. Primisser in *Gedanken über das von Trendelenb. vorgeschlagene System der griechischen Coniugation*, Lipsi. 1795. 8. — et Jo. Heinr. Philipp Seidensticker über die griechische Coniugation, in *Aufsätzen pädagogischen und philologischen Inhalts*. Helmstädt. 1795. 8. Nec probare illam videtur Hermann l. c. pag. 124. qui Primisseri peritiam L. Gr. ingeniumque laudat.

Hemsterhusii, Valkenarii, Lennepii, Scheidii, Trendelenburgi Primisserique praecepta opinionesque modo adoptavit, modo examinavit, modo noua ratione amplificauit cel. Guil. Fried. Hezel in: *Ausführliche griechische Sprachlehre; nebst Paradigmen der griechischen Deklinationen und Kon-*

jugationen in Tabellen. etc. *Weiffenfels und Leipzig*. 1795. 8. cum tabb. XXXV. in obliquo folio.

Tum in eiusdem: *Kürzere Griechische Sprachlehre für Schulen, nebst vollständigen Paradigmen der Neun- und Zeitwörter in 35 Tabellen*, *ibid.* 1799. 8. cum XII. tabulis in obliquo folio; maior pars, nempe etymologica, est epitome maioris grammaticae Hezelianae, a M. Soldano facta; minus vero probatur censori, nescio, cui? in *Erlang. Litter. Zeit.* a. 1799. nr. 207. — In iisdem ephem. litt. eiusd. an. nr. 83. feuerius iudicatur de libro:

*Versuch einer neuen Behandlung der griechischen Coniugation und Declination. Ein Handbuch zum leichtern Verständnisse der griechischen Autoren.* Halae. 1799. m. 8.

*Grammatik der griechischen Sprache für gelehrte Schulen, von M. Jo. Gottlob Gräffe Conrect. des Lyceums zu Wittenberg.* Lipf. 1800. m. 8. II. tom.

M. Ludw. Hörstel, öffentl. Lehrers der griech. und lat. Sprache, der Geschichte und Geographie am Katharineum zu Braunschweig, *Formenlehre der griechischen Sprache. Zum Gebrauche beym 1sten Cursus der griech. Sprache.* Bremae 1800. m. 8. Nouam quorundam doctrinam nimis sectatur; multa tamen bene pertractat, iudice V. D. in ephem. litter. Gotting. a. 1799. nr. 208.

*Griechische Sprachlehre verfasst von Jo. Heinr. Kistemacker, Prof. der Philo-*  
lo-



logie zu Münster. Münster. 1791. 8. conf. Jen. A. L. Z. a. 1797. n. 195. m. Jun. p. 728.

*Griechische Sprachlehre von J. Chr. Fr. Wetzel, Rector des Lyceums zu Prenzlau. Lignit. et Lips. 1798. 8. Laudatur in bibl. noua vniuers. germ. Kilon. vol. 45. part. II. fasc. 7. p. 472. sqq.*

*Neues Lesebuch zur leichtern Erlernung der griechischen Sprache, von Ch. Stolzenburg, Rector zu Anclam, mit Anwendung der Hemsterh. Valken. Lemnepischen Grundsätze und einem vollständigen Wortregister nach der neuen Theorie der griechischen Conjugation eingerichtet. Erste Abtheilung. Lips. 1800. 8. Commendatur liber in Jen. A. L. Z. nr. 295. p. 143. sq. m. Oct. a. 1802.*

*Aliae grammaticae gr. memorantur in Fabr. B. Gr. et Brehmii Handbuch etc. locc. citatis.*

Tres graece scriptas grammaticas adhuc indicabo :

In lingua vulgari: Γραμματικὴ Ἑλληνικορωμαϊκὴ, περιέχουσα τοὺς Κανόνας τῆς γραμματικῆς καὶ τῆς ὀρθογραφίας etc. Veron. 1782. 8. Θησαυρὸς Γραμματικῆς; συντεθεὶς μὲν, ὡς οἶοντε, ἐυμεθόδως παρὰ τοῦ ἐπιστημονικωτάτου ἱατροφιλοσόφου Κωνσταντίνου Καραϊωάννου etc. cum additamentis et exemplis adiectis, editus cura Polyzoos Kontu, (τοῦ ἐν ἱερεῦσιν ἐλαχιστοῦ Πολυζῶη Κόντου, διδασκάλου τοῦ ἐξ Ἰωαννίνων.) Budae vol. I. 1796. vol. II. 1797. 8. conf. ephem. litt. Götting. a. 1797. plag. 185. pag. 1802. sq. Non est grammatica in

vsu

vsum tironum; sed secundum rationem antiquiorum Grammaticorum, praecipue Theodini Gazae confecta, constat VII. sectionibus et quaelibet sectio diuisa est in ἐδάφια s. paragraphos. Quinque vero declinationes numerantur et vndecim coniugationes. etc. add. cel. *Alter* in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. 47. pag. 465. sq.

Παιδαγωγὸς, ἢ πρακτικὴ Γραμματικὴ παρὰ Στεφάνου Κομμητᾶ, τοῦ ἐκ Φθίης. Vindobon. ap. Franc. Anton. Schraimbl. 1800. mai. 8. In lingua gr. docta est scripta et in IV. distributa libros. Bini adiecti sunt dialogi, ex optimis auctoribus collecti.

Pars quodammodo Grammatices est, in qua magnam partem de vsu et significatione particularum agitur: Σπλάγγχρον Γραμματικῆς ἢ περὶ μορίων- συγγραφὴν μετὰ πόνου πολλοῦ, καὶ ἀρίστη τάξει συντεθεὴν παρὰ τοῦ λογωτάτου κυρίου Ἀνανίου Αντιπαρίου, καὶ διδασκάλου τῆς ἐν κωνσταντινουπόλει ἐλληνικῆς Ἀκαδημίας. Nūn πρῶτον τύπῳ ἐκδοθὲν ἀναλώματι τοῦ — πατριάρχου ἱεροσολύμων — Παρθενίου τοῦ ἐξ Ἀθηνῶν ἐν ἔτει σωτηρίῳ, αΨΞδ' (1764) ἐν ἐτιησίῳ παρὰ Αντώνιῳ τῷ Βόρτολι. in 4.

*Tesoro della Lingua greca volgare ed Italiana*, opus postumum P. Alexii de Somavera, capucini etc. edit. a P. Thoma Parisino. Paris. 1709. 4. mai. — Idem P. F. Thom. Parisinus edidit. *Nouvelle methode pour apprendre les Principes de la Langue Grecque vulgaire etc.* Paris. 1709. 8. mai. De utroque libro v. Acta erudit. a. 1711. m. Aug. p.

345 — 348. — Institut. L. Gr. vulgaris auctore *Petr. Medocac.* Rom. 1752. 4.

*Ad §. 12. pag. 49.*

Add. *Lawätz Handbuch etc.* I. part. I. p. 429. sqq. — *Deuarii* libell. a *Reu/manno* editus, iterum prodiit, aut, quia nullae accesserunt emendatt. nouum forsan titulum tantummodo accepit, Lipsiae. 1795. 8. — Hic quoque memorandae commendandaeque sunt, critico praesertim, duae cl. *Everwini Wassenberghii*, ling. gr. et antiqq. gr. Prof. in academia Franequerana ord. dissertatt. philologico-criticae, quarum *prior* inscripta est: de transpositione, seu saluberrimo in sanandis veterum scriptis remedio, quae loca confusa, facta traiectione, restituuntur, quam, -exercitii academici gratia conscriptam et exemplis e *Tyrtaeo*, *Theognide*, *Moscho*, *Xenophonte*, epistolis *Socraticis*, ipsoque adeo *N. T. petitis* ornatam - defendet *E. Evkema*, Franeq. 1786. 4. — *posterior* autem: de nominibus hominum et locorum propriis librariorum culpa aliisue de causis in veterum scriptorum libris frequenter oblitteratis aut vitiatis. Quam - exemplis e *Theognide*, *Apollodoro*, *Dionysio Periegeta*, *Plutarcho*, *Longo*, *Cicerone*, *Velleio*, *Hygino*, *Gellio*, *Horatio*, *Propertio*, *Martiali* petitis ornatam - defendet *Petrus Greidmus*, d. 12. Jun. 1790. 4. *ibid.* de qua conf. *Jen. A. L. Z.* a. 1795. nr. 28. p. 221. sqq.

Inter vetera syntaxeos gr. compendia quondam laudabantur: — Syntaxeos graecae, quatenus a latina differt, compendium editum a *Jo. Casp. Suizero*. Tiguri. 1651. 8. — Ratio syntaxis apud Graecos, selectioribus ex nouo maxime Foedere, et ecclesiae primitiuae patrum monumentis illustrata exemplis, vsuique L. Gr. studiosorum destinata a *J. Casp. Suizero*, Tigurino. Tiguri. 1651. 8. — Syntaxeos graecae compendium, in quo ex Posseliana repetuntur ea potissimum, quae Latini vel non habent, vel a Graecis habent; annotatis hoc fine ad marginem interdum etiam Graecifimis circiter LX. opera et studio *M. Tob. Echarti*, scholae senat. Numburg. Rectoris. — iterum excus. — Lips. 1653. 8. — Syntaxis graeca, in vsum scholarum, ex optimis autoribus collecta et concinnata a *M. Jo. Nendorfo*, scholae Gossariens. Rect. Ad-dita est doctrina de tonis seu accentibus eiusd. autoris; item tractatus *Mat. Marci Dabercusii* de dialectis Graecorum. Editio altera, priore emendatior. Goslar. 1655. 8.

*Ad pag. 50. §. 13. lin. 7. sqq.*

De Budaeo et eius variis libris rarioribus, praecipue de commentariis L. Gr. variisque eorum editionibus vberius egit *Freytag* in adpar. litter. tom. I. p. 375. sqq. maxime de commentariis p. 379. sqq., qui secundam editionem prodiisse adnotat Basil. 1550. fol. et forte, ait, eadem et vna est editio, quam *Jo. Ludolph. Bünemann.* in catal. MSS. et librorum

rum rariss. p. 46. *Coloniae* 1550. prodiisse affirmat. Enimuero haec *Coloniensis*, quam ipse habeo, editio diuersa est et in fronte et in calce a Basileenfi. Inscriptio Colon. haec est: *Commentarii L. Gr. Guil. Buddaeo*, consiliario aulico supplicumque libellorum in Regia Magistro, *auctore*. Infra symbolum typogr., circa quod legitur *symbolum Sanitatis*, scriptum exstat: *Coloniae, opera et impensa Joannis Soteris. an. MDXXX. mense Martio. Cum gratia et priuilegio imperiali ad Sexennium*. In folio secundo sequitur epistola Budaei ad regem Franciscum graece scripta, Paris. 1529; tum index vocc. graec. locupletior, quam antea esset, factus, inque ordinem redactus meliorem; postea index latin. vocc. quae subinde in hisce comment. explicantur. Illos indices excipiunt commentarii, in quorum sine legitur Budaei epistola gr. τῶν νέων τοῖς τῶν ἐλληνικῶν λόγων ἐΦιεμένοις. Denique in vltima pagina insigne idem Soteris typographicum, paulisper tamen diuersum ab eo, quod et in fronte libri et in *Fr. Roth. Scholtzii* thesauro symbolorum et emblematum. (typograph.) sect. 44. nr. 449. cernitur.

*Ad pag. 50. sub. fin.*

*Zeunii* operam in emendando locupletandoque Vigeri - Hoogeveen. libro positam acrius culpauit *Hoogeveen*. in libello: *Zeunii* animaduerss. in Franc. Vigeri de praecipuis L. Gr. dictionibus librum, ad iustam exami-



nis lancem reuocatae, Leidae. 1781. 8. et varias nouasque inferuit obſſ. His uſus eſt, adiectis nouis emendationibus, Zeune in altera editione: *Vigerus* — de praecipuis L. Gr. dictionibus liber; cum animaduerſſ. *Henr. Hoogeveen*, quibus adiunxit et ſuas *J. Car. Zeune*. Edit. altera auctior et emendatior. Lipſ. 1789. 8. — cum Hoogenenii et Zeunii animaduerſſ. edidit et auxit *Godofr. Hermannus*. Lipſiae 1802. conf. nou. bibl. vniuerſ. Berol. vol. 81. part. II. faſc. 5. — 8. a. 1805. pag. 504. ſqq.

Conf. etiam *Eberh. Gottlob. Glandorfii* Pr. I. Idiomatica graeca, qua ratione ſint in ſcholis tradenda, idoneamne ſuaſerint *Vigerus* et editores *Vigeri*. Onoldi. 1782. 4.

*Ad pag. 52. §. 15. lin. 2.*

In vol. VI. m. edit. pag. 680. ſqq. — De *rhythmo* et *metris* Graecorum adhuc memorandi ſunt: *Iſaac. Voſſius* de poematum cantu et viribus rhythmi. Oxon. e theatro Sheldon. 1672. mai. 8. — Anonymi de rhythmo Graecorum liber ſingularis, in uſum iuuentutis collegii Aen. Naſ. etc. Oxon. 1789. — Inprimis commendandi ſunt.:

*Godofredi Hermanni* de metris poetarum graecorum et romanorum libri III. Lipſ. 1796. mai. 8. (conf. ephem. litt. Lipſ. a. 1796. plag. 29. pag. 281. ſqq. et Gotting. a. eiſd. p. 2049.)

Eiuſdem *Handbuch der Metrik*. Lipſ. 1799. 8. (conf. ephem. litter. Gotting. a. 1799. p.

475. sqq. et de utroque opere Jen. A. L. Z. a. 1800. nr. 568. p. 705. sqq.)

Huc quoque referri potest: *Christ. Guil. Ahlwardti Pr. Bemerkungen über einige Stellen griechischer Dichter*, (in hoc Pr. iambi quidam in nonnullis Aeschyli locis emendantur,) *vorzüglich in Rücksicht des Sylbenmasses*. Oldenburg. 1801. 4. conf. censuram in *Beckii comment. soc. phil. Lipsiens. I. part. 2. p. 204. seqq.*

*Ad pag. 55. §. 16. lin. 6.*

Accessit *Adami Franc. Kollarü ad Petri Lambecii commentarior. de augusta bibl. caes. Vindobon. libros VIII. supplementorum liber primus posthumus* Vindob. 1790. fol.

*Ad pag. 56. med.*

Multorum codd. adpendicem ad Zanetti catal. s. graecam D. Marci bibliothecam etc. dedit cel. *Villoison* in *Anecdotis graecis*, tom. II. p. 247 — 249. — Inprimis commendanda est *Jac. Morelli* bibliothecae regiae D. Marci Venetiarum custodis bibliotheca MSta graeca et latina. Tom. I. Bassani. 1802. mai. 8.

Haud paucos codd. gr. memorat *Franc. Anton. Zacharias* in *Itinere litterario per Italiam ab a. 1753 — 1757*. Venetiis. 1762. 4.

*Ad pag. 57. fin.*

*Assermannus* in *bibl. orientali Clementino-Vatic. I. Romae. 1719. fol.* dedit catal. codd. graecorum p. 513. bibliothecae Papae Pii II. et pag. 598. *Abrahami Massad Maronitae*.

*Ad*

*Ad pag. 68. lin. 5.*

Add. supplementa ad Notitiam breu. I. pag. 16. sqq. et de catalogis potioribus pag. 27. sqq. ac part. II. p. 475. sq. — Typographos prae ceteris notatu dignos recensent *Struuius* et *Iuglerus* in Biblioth. histor. litterariae selecta, tom. III. Jen. 1765. mai. 8. p. 2087. sqq. 2140. sqq. 2172. — 2257.

*Ad pag. 74. fin.*

Philoctet. *Ein Schauspiel mit Gesang nach dem Griechischen des Sophocles.* Regiomont. 1795. min. 8. auctore T. Schmalz. — De versf. anglic. aliisque scriptis, ad Sophoclem pertinentibus, v. *Brüggemann*. View. etc. p. 102. sqq. et supplem. pag. 26. — *Hoepfneri* comm. etc. v in Add. ad Introd. II. 2. p. 531. et in *Wiedeburg* philol. paedagog. Magazin. tom. II. 2. et III. part. 1. et 2. Helmstadt. — Idem Glossarum Suidae e Sophocle eiusque enarratoribus depromptarum specimina tria collegit, notauit, emendauit, illustrauit in *neu. Magaz. für Schulen.* I. 1. pag. 250. sqq. et II. pag. 452. sqq. — *Jo. Jac. Steinbrychelii* epist. ad Villoison V. C. super loco difficili Sophoclis (Antig. 793.) in Museo Turic. cur. *Jo. Jac. Hottinger.* vol. I. tom. I. Turici, 1782. 8. p. 20 — 38. — Observationum in Sophoclis Oedip. Tyrannum spec. auct. *A. L. Vmmio*, in *Schulmagaz.* II. 1. a. 1791. — In nouo Mercurio germ. Wielandii. a. 1800. part. V. pag. 38. sqq. est *Huschke* disquis. über das



das Grabmal des Sophocles u. die Kelodonen; et p. 56. sqq. *Böttigeri animaduerss. in superiorem disquis. At Hufschke dissentit a Böttig. in Intellig. Blatt der Jen. A. L. Z. a. 1800. nr. 91. add. eundem in Anal. crit. in Anthol. gr. p. 52. et censorem in; neue Biblioth. der schön. Wissensch, vol. 64. part. 2. pag. 198. sqq. — Jac. Struve interpretationum in Sophoclem propositarum, partic. I. Altonae. 1795. 4. Loca quaedam trag. Oedipus explicantur, et comparantur ed. Brunck, ac versio Com. de Stolberg, cuius versio Sophoclis prodiit Lips. 1787. III. voll. mai. 8. — A. G. Gernhard obseruatt. in Sophoclis Philoctet. Lips. 1802. 8. et in compendium redactae in Beckii comm. soc. philol. Lips. II. 1. p. 63 — 78. — Obseruationes criticae in Sophoclem, Euripidem, Anthologiam gr. et Ciceronem. Adjuncta est e Sophoclis codice Jenensi varietas lectionis et scholia maximam partem inedita, scripsit Ludouic. Purgold, Gothanus. Auctarium (de cod. Jen potissimum,) subiecit *Henr. Car. Abr. Eichstaedt*. Jenae. et Lipsiae. 1802. 8. — *M. Christi. Jul. Guil. Mosche* Pr. Ueber die Tragoedie des Sophocles, Aias. Francof. ad M. part. I. 1799. — part. II. 1800. 4. — *Guil. Suevern* pr. de Sophoclis Aiace flagellifero. Thorun. 1800. — De Sophoclis deperditis dramatibus comicofatyricis quaedam obseruauit *Godofr. Hermannus* in epist. de dramate comicofatyrico in Beckii citat. comm. Lips. I. 2. p. 247. sqq. — Ibid. vol. III. part. I. p. 94. sqq. de fragmento  
Cly-*

Clytaemnestrae Sophoclis in duobus codd. reperto.

Ad §. 45. EURIPIDES.

Ad pag. 305. lin. 20.

Add. Lenzii commentat. ingeniose sciteque scriptam: *Euripides kein Feind der Weiber in: Neue Bibl. der sch. Wiss. u. freyen Künste*, vol. 58. part II. p. 195. sqq. — *Ueber den Weiberhass des Euripides in: deutsche Monatschrift*, m. Febr. Lips. et Halberst. 1798. m. 8. Auctor, mihi incognitus, Euripidem defendit a crimine odii erga sexum sequiorem, De eodem argumento differitur in: *hinterlassenen Papieren eines philosoph. Landpredigers* — edit. ab Heidenreich. Lips. 1799. 8.

Ad pag. 306. sect. 2. fin.

In catalogo Tragoediar. Euripidis in marmore antiquo in *Winkelmanni Monumenti inediti* nr. 118. alia Antigone (v. Fabr. l. c. pag. 247. nr. 11.) commemoratur: ibid. nr. 168. ἔπειος, trag. nunc deperdita,

Ad pag. 308. sect. 4. lin. 18.

Nouam eamque minorem edit. curare coepit cel. Beck, v. Addenda ad Introd. II. 2. p. 331. de illa aliisque rebus, ad Euripidem pertinentibus. — *Eur. Trag.* quatuor, Hecuba, Hippolytas, Phoenissae, et Bacchae, ex optimis exemplaribus, (praecipue III. codd. Paris.)

ris.) emendatae, gr. cum notis edidit *Rich. Phil. Frid. Brunck*. Argentorati, 1780. 4. et 8. — *Richard Porson*, graecae linguae metricae scientissimus, interdum tamen acerbior superiorum editorum et criticorum reprehensor, nonnullas separatim edidit Euripidis tragoedias. *Euripidis Hecuba* ad fidem Msst. emendata et breuibus notis, emendationum potissimum rationes reddentibus, instructa: in usum studiosae iuuentutis. Londin. 1797. mai. 8. Basis est lectio Aldina; subiectae sunt lectiones Msst. aut emendationes editorum aut coniecturae criticorum. In orthographia sequitur Porson antiquiores codd. et alia adfert, de quibus v. ephem. litt. Gotting. a. 1798. plag. 199. pag. 1978. sqq., et critic. Rev. a. 1800. Nou. pag. 245. sqq. ex quo diario menstruo critici Angli iudicium atque animaduersiones excerptae latineque versae repetuntur in *Beck*. comment. citat. I. part. 1. p. 175. sqq. — Porson. autem nactus est subtilem acremque aduersarium, qui pari audacia plura notauit, et ipse adtulit scitu dignas eruditasque animaduersiones: *In Euripidis Hecubam* Londini nuper publicatam diatribe extemporalis. Composuit *Gilb. Wakefield*. ib. 1797. 8. v. eph. litt. Gotting. l. c. Sed ad illam tragoediam et Porsonii animaduersiones conscripsit notas *Godofr. Hermann*. in sua *Hecubae* editione, Lips. ap. Feind. 1800. m. 8., de qua v. eph. litter. Gotting. a. 1800. plag. 145. p. 1450. sqq. et a. 1799. p. 2024. sq. de sequenti Porsoni edit. *Εὐριπίδου Ἡρόστρης*.

*Euripides Orestes*, ad fidem Mss. emendata et breuibus notis, emendationum potissimum rationes reddentibus, instructa. Lond. ap. Wilkin. 1798. min. 8. — Tum ab eodem Porsono editae sunt *Euripidis Phoenissae* ad fidem Msstor. emendatae etc. (vti in superioribus editt.) Londini. 1799. 8. — Pari modo edidit *Medeam*. Namque Porsoni editiones singularum fabb. *Euripidis* iunctim repetitae sunt Lipsiae: *Euripidis Tragoediae*. Ad fidem msstor. emendatae et breuibus notis emendationum potissimum rationes reddentibus instructae. Edidit Ricard Porson A. M. graec. litter. ap. Cantabrig. Professor. Editio altera, correctior, indicibus locupletissimis aucta. tom. I. *Hecuba*, *Orestes*, *Phoenissae*, *Medea*. Lips. 1802. mai. 8. conf. Beckii comm. soc. philol. III. 2. pag. 373. — Nuper etiam Porsonus nouam eamque auctiorem *Hecubae* editionem emisit, in qua suam crisin aduersus Hermannum exime defendit: Hercules furens, Alcestis, Ion, tragoediae Euripideae sunt in *Gilberti Wakefield* Tragoediarum delectu, Lond. 1794. II. voll. mai. 8. \*)

*Euripidis* Hippolytus, gr. cum scholiis, versione latina, variis lectt. Valckenarii notis integris ac selectis aliorum VV. DD. quibus suas, (nec multas, nec valde commodas vtilesue,) adiunxit Franc. Henry. Egerton. Oxon. Cantabr. et Londini 1796. 4. Contextus

\*) Quasdam Wakef. coniecturas examinavit cel. Schütz, in Pr. III. Criseos Wakefield. censura, Jen. 1796. et 1797. fol.



xtus a Barnesio constitutus cum reliquis Barn. notis est ad verbum repetitus, maximaque pars notarum Musgrauui, Marklandi et Brunckii aliorumque addita. Ipse Egerton adiecit illustrationes, linguis hebraica, arabica et persica comparatis; item ex Brumoy Reflexions sur l'Hippolyte, et Bayle Diction. artic. Euripide excerpta, locaque ex Shakespearo, Miltono aliisque longiora immiscuit. Conf. eph. litt. Gotting. 1798. nr. 204. pag. 2026. sqq.

*Ad pag. 310. lin. 15.*

*Valken.* editio ita recusa est Lugd. Bat. 1803. mai. 4., vt typi adhiberentur luculentiores et animaduersiones, olim contextui subiectae, nunc post illum ponerentur, praeterea autem adderetur nihil, vel mutaretur. — *Alcestis Euripidea.* Edidit, diatriba recognita et adnotatione perpetua illustrauit *Gottlob Adolph Wagner.* Lipsiae. 1800. mai. 8. \*) — *Euripidis Ion,* gr. ad optimas edd. criticorum multorum notationes, et metricorum obseruatt. recognitus, commentario perpetuo, prolegomenis, et indicibus illustratus, studio

\*) Is antea scripserat diatriben de Alcestide Euripidea, Lips. 1797. 8. conf. nou. bibl. litterar. elegant. etc. vol. 59. part. 2. Lips. 1797. pag. 327. sqq., vbi quoque differitur, num *Alcestis* nominanda sit tragoedia: item nou. bibl. vniuers. Kilon. tom. 48. fasc. 4. p. 263. sqq., vbi quaedam contra Wagner. monentur atque explicantur. Add. *Böttiger* in Wielandi Mercurio germ. a. 1792. tom. I.



dio *Frid. Huelfemanni*, Gothani, Joannei Lueneburg. Rect. Lips. 1801. mai. 8. Recensentur hae II. edd. ac laudantur in *Beckii* V. C. comm. laudatis II. partic. 1. p. 171. sqq. — *Euripidis Medea*, cum versione et notis Sam. Mulgraue. — Acc. notae et animaduerss. R. P. Fr. Brunckii. Eton. 1785. 8. — *Medea*, e rec. et cum notis R. P. Fr. Brunckii. Curauit *Henr. Blümner*. Lips. 1794. 8. — *Iphigenia in Aulide* gr. Recens., commentario illustrauit indicemque vocc. adiecit *Jo. Ge. Christi. Hoepfner*. Halis. Sax. 1795. 8. Praefationem excipiunt 1) catalogus editt. et versionum huius tragoediae, itemque librorum, qui eam illustrarunt; 2) longa dissertatio de Euripidis Iphigenia in Aulide. — *Cyclops*,\*) e rec. J. G. Chr. Hoepfneri. Cum obseruat. criticis edidit *Ge. Fr. Dan. Goefs*. Norinberg. 1799. 8. — Quaedam tragoediae aut particulae sunt etiam receptae in varias collectiones, chrestomathias etc. v. *Brechm bibliogr. Handbuch*. tom. p. 407. sqq., vbi quoque recentiores edd., versiones, aliaque scripta, in quibus  
varia

\*) Conf. cel. *Buhlii* commentat. de fabula satyrica Graecorum. Gottingae. 1787. 4. — Cel. *H. C. Abr. Eichsiedt* de dramate Graecorum comico-satyrico, inprimis de *Sofithei* Lytierfa. Lips. 1793. 8. dissentiente tamen cl. *Goäofr. Hermann*o in comm. de eodem argumento in *Beckii* commentar. soc. philol. Lips. l. 2. p. 245. sqq. — *Die Cyclophen-Philosophie und das Cyclophen-Recht in Nuce*, aus dem *Cyclops* des *Euripides* versf. 315 — 345. in *Wielandi* nouo *Merc. germ.* II. 6. p. 199. sqq.

varia ratione illustrantur, examinantur, explicantur Euripideae tragoediae, fufe recensentur. Quare mihi licebit esse eo breuiori.

*Ad pag. 112. lin. 24.*

Curae secundae in Euripidis Tragoedias, auctore *Frid. Jacobs*. Lipsiae. 1796. 8., conf. eph. litt. Salzburg. 1797. m. Dec. plag. 110., vbi nonnullae criticae adsparguntur animaduersiones; eiusd. emendatt. in fragmenta Euripidis, in *Biblioth. der alten Litter. u. Kunst.* part. IV. Gotting. 1788. 8. — (*M. Jo. Chr. Rapp*,) *über den Charakter der Medea*. Altenburg. 1789. 8. — *Haberfeld* comm. Euripidis ingenium ad Aristot. A. P. cap. 15. §. 4. breuiter adumbratum. Lips. 1789. 8. — Euripideum e Bacchis excerpfit et illustrauit *Jo. Mich. Hamann*, Regiomont, 1794. 4. conf. Lipsiae. eph. litt. a. 1794. Additam. ad 15. Jun. — *M. Chr. Dahl*, Prof. Gr. L. disp. respondente *J. O. Hoyer* comparat. inter Hippolytum Euripidis et Phaedrum Racinii, pars IIda Npsal. 1800. — *Jo. Wallerii* disp. respond. C. V. Mosberg de Euripide Tragico, 1800. 4. — *Jo. Jac. Steinbrychelii* obss. ad Euripidis Hecubam, in Museo Turicensi, vol. I. tom. I. p. 156 — 206. et tom. II. p. 279 — 340. — *Car. Heur. Langii* crit. obss. in Eurip. Phoenissas, in *Hamburg. vermisch. Bibl.* I. Hamburgi. 1745. 8. p. 157. sqq. et 1019. sqq. — *Godofr. Hermann* Obss. crit. in quosdam locos Aeschyli et Euripidis (praecipue Hippolyti et Herculis furentis,) Lips. 1798.

8. — *Henr. Aug. Zeibich* disp. qua mos Graecorum infantes exponendi ex variis scriptor. antiquis, maxime Euripidis Jone illustratur, Witteb. 1753. 4. — De versu inter fragm. Barnes. vers. 77., qui tamquam inscriptio inter rudera Heracl. est erutus, v. *Villoison* epist. Vinar. pag. 120. et *Fr. Carl. Alter* in *Lips. allg. litt. Anzeig.* a. 1796. nr. 1. p. 6. — *Purgoldi* obsf. v. supra ad Sophoclem. — *Car. Aug. Boettigeri* proluss. II. de Medea Euripidea cum priscae artis operibus comparata. Wimar. 1803. 4., quarum prior recusa est in *Aug. Matthiae* Miscellaneis philolog. vol. I. part. I. p. 115. sq. Altenb. 1803. 8. — *Cl. J. Gurlitt* in Specimine I. animaduersion. ad veteres auctor. 1800. plura Phoenissarum loca critice persequitur. In compendium redacta sunt *Gurl.* iudicia in *Beckii* comm. laudat. I. 2. p. 201. sqq. Ibid. part. I. p. 169. ex the *Gentelmanns Magaz.* 1800. m. Apr. p. 304. repetita est Angli cuiusdam emendatio Phoeniss. v. 859. — *Jacobs* in *Nachträgen zu Sulzers Theorie etc.* tom V part II.

Denique emendationes quaedam in *Aeschyli*, *Sophoclis* et *Euripidis* loca proponuntur in *H. C. A. Eichstaedt* Quaestionum philolog. Nouo Specimine, Jen. 1804. 8.

*Ad. pag. 313. lin. 27.*

Corr. *Steinbrychel.* — Missis singularum tragoediarum aut particularum versionibus germanicis, anglicis, italicis etc. memoranda est omnium Tragoed. Eurip. versio: *Euripi-*

*pides Werke verdeutscht v. Fr. Henr. Bothe.* (cum adnotatt. criticis,) tom. I—V. Berol. 1800—1805. mai. 8. Ultimo tomo addita est notitia cod. chart. Guelfertb. cum scholiis, faec. XV. ex antiquo exemplo descripti, ex quo varietas lectionis cum notabilioribus scholiis proponitur, v. *Beckii* commentar. etc. III. 2. p. 576.

---

*Ad §. 47. HIPPOCRATES.*

*Ad pag. 319. sect. 4. lin. 18.*

Ultima Foessii edit. in Fabr. B. Gr. II. pag. 605. adseritur quidem a. 1675. sed ab *Hambergero*, (quem consules,) I. p. 197. et in *Pinelli* catal. I. p. 287. a. 1657.

*Ad pag. 320. lin. 10.*

Corr. 1679. — *Hippocr.* aphorismi cum comment. auctore M. *Listero*. Londin. 1703. 12. v. *Brüggeman* View etc. p. 106., vbi aliae Hippocr. librorum edit. ac versiones anglicae, atque initium nouae Opp. ed. at non absolutae: *Hippocr. Coi Opp.*, quae exstant, omnium, secundum leges artis medicae dispositorum, editionis nouae graecae et lat. specimen: curante *Franc. Clifton*, M. D. R. S. G. Londini. 1727. fol. modo breuiter, modo copiosius memorantur. — *Hippocr.* Opera omnia. Recensuit et praefatus est *Alb. de Haller*. Laufannae. 1769. — et noua praefatione



aucta. ib. 1784. IV. voll. 8. Est Cornari latina versio.

*Ad pag. 322.*

*J. F. Clofs* Hippocratis aphorismos translulit in versus lat. eleg. 1786. rec. 1796. 8. Berolini. — De las Obrasmos selectos de Hippocrates; traducidas en castellano, i ilustr. per *Piquer III.* tom. Madrid. 1788. — edit. tertia 1799. 4. v. *Chr. Aug. Fischer* in *Lips. allg. litt. Anz.* a. 1801. mens. Jan. nr. 14. et *Beck* comm. soc. philol. Lips. III. 1. p. 38. — Aforismos de Hippocrates trad. dal. Griego al Latin y de este al Castellano con aduertencias y notas por *Alf. Em. Sedeno* de Mesa. Madrid. 1789. 8. — *Ἱπποκράτους* — *Traité d'Hippocrate* des Airs, des Eaux et des Lieux. Traduction nouvelle avec de Texte collationne sur deux Mssts, de notes critiques histor. et médicales, un discours préliminaire, un tableau comparatif des anciens et des modernes, une carte géograph. et les Ind. nécessaires par *Coray*, D. Medic. Paris l' an. IX. (1800.) II. Voll. mai. 8. cum fabula géograph. Est ed. critica, siue verba spectes, siue res, et valde laudatur in ephem. litt. Gotting. a. 1801. nr. 92. add. *Gruneri* iudicium in Erfurt. ephem. litt. a. 1801. nr. 22. — Idem *Corayus* scripsit Emendationes in Hippocratem, quae exstant in Musei Oxoniensis litter. conspectu Oxon. 1792. 8. pag. 11 — 23. et continuauit eas in fasc. II. eiusdem Conspectus, cuius editor, Thom. Oeuv-



Burgess, in praef. prodit, a Corayo ad pre-  
 lum Oxoniense parari obseruatt. in omnia  
 Hippocratis opera. — Physiologie d' *Hippo-  
 crate* extraite de ses Oeuvres commençant  
 par le Trad. libre de son Traite des Airs,  
 des Eaux, et des Lieux sur la Version de Foe-  
 se, accomp. de notes theor. pratiq. et précéd.  
 d'un précis introductif à la doctrine de ce  
 Medecin et à une nouvelle Philosophie méd.  
 de l'homme vivant par *Delavaud*. Paris. ap.  
 Boffange et al. 1802. 8. — Traduction des  
 Oeuvres médicales d'Hippocrate sur le tex-  
 te grec d'après l'edition de Foes, par le Dr.  
*Gardell*, anc. Prof. en Médic. et en Mathe-  
 mat. Toulouse, Paris. etc. ap. Megaignon.  
 1802. IV. voll. mai. 8. — *Hippocratis* epist.  
 ad Damagetum, gr. interprete simul et para-  
 phrasie *Alardo*, Aemstelrod. Salingiaci. 1539.  
 8. in bibl. Markiana pag. 89. nr. 1312. In  
*Adelungii* suppl. ad Joecheri Lex. erudit. I.  
 p. 586. voc. *Alard* citatur ed. titulo paulisper  
 mutato, a. 1550. at V. D. in Lips. *Allg. litt.  
 Anzeig.* a. 1800. nr. 174. p. 1719. suspicatur,  
 veram anni notam esse 1559.

*Ad pag. 323. sect. 6.*

M. *Frid. Gottlob. Jacobi* diss. s. philoso-  
 phiae Hippocraticae specimen. Lipsiae. 1747.  
 4. — *Theod. Georgiadis*, Stephanopolita-  
 ni, de morbis vteri secundum Hippocratis  
 librum *περὶ γυναικείης Φύσεως* Jenae. 1797 4. —  
 Ostendit illum librum esse adulterinum. —  
*Ge. Manuelli* Byzantini diss. libri *περὶ Φύσεως*

ἀνθρώπου, qui inter Hippocraticos exstat, censura. Jenae 1797. 4. — Docet, illum librum haud genuinum esse Hippocr. foetum, praecipue, quia contineat principia ab Hippocr. mente aliena. — *Car. Frid. Burdach* disp. comment. in librum Hippocr. I. de morbis epidemicis. Lipsi. 1798. 4. — *Bartenstein* Pr. quo inest Lunulae Hippocr. Coi descriptio. Coburgi. 1784. 4. — *P. S. C. Preu* diss. de interpretibus Hippocratis graecis. Altdorf. 1795. 8. — *Geist Hippocrat's, nach dem Lateinischen des Burnet, aus dem Griechisch. übersetzt von Jo. Alex Ecker.* Vindobon. 1791. 8. — *Chri. Gottlob Ackermann Hippocratis Buch aus der elfenbeinernen Kapsel, in Wittweri Archiv für die Geschichte der Arzneikunde.* tom. I. part. 1. Noriberg. 1790. 8.

*Ad pag. 324. lin. 28.*

*J. C. F. Harless*, (filii mei) histor. neurolog. vett. specim. I. et II. Erlangae. 1795. et 1796. 8. — *Bernard Obsl.* medico-critic. a Grunero in Bern. Reliquiis med. critic. Jenae 1795. 8. add. *Brehm* in bibliogr. Handb. II. p. 556 — 581. de multis editt. aliisque libris maioris minorisue molis, ad Hippocratem spectantibus, et in Add. ad Introd. II. 2. pag. 532.

*Ad §. 48. SOCRATES.*

*Ad pag. 329. not. lin. vlt.*

*Matth. Tremling* de genio Socratis. Lund. 1793. 4. — *M. Casp. Jac. Besenbeck* Pr. Non-nul-

nulla de genio Socratis. part. I. Erlangæ. 1802. 4. Ducibus Platone et Xenophonte contra Tennemann, et J. C. Nachtigall. potissimum ostendit, iocari Socratem in iis, quae de suo genio dicat.

*Ad pag. 330. sect. 5.*

*Jo. Luzac oratio de Socrate ciue, publice habita. — Probationes et adnotationes de Socrate, ac de republica attica, praesertim disquisitio de Epistatis ac Prooedris Atheniensium et de Socrate Epistate ad calcem adiectae, reperiuntur. Lugd. B. 1796. m. 4. Summa subtilis doctique huius libelli legitur in Jen. A. L. Z. m. Jun. 1799. nr. 185. — J. F. Ch. Gräffe in vol. II. des neuesten kategetischen Magazins. Gotting. 1790. 8. explicat illustratque artem Socraticam, (quam multi, etiam doctores, male intelligunt exercentque, etiam in editis libris, dum exemplis demonstraturi sunt illam, a via regia et ratione Socratis valde aberrant, haud raro nugantur:)* *die Sokratic nach ihrer ursprünglichen Beschaffenheit in katechetischer Rücksicht betrachtet; quae pars separatim recusa et emendatior prodiit, Gotting. 1792. 8. In hac editione multa e Platone ducta loca denuo sunt versa, tum quaedam addita et mutata; et p. 448 — 475. dialogi antiquioris aetatis sciagraphia est inserta: tertia editio, die Sokratic etc. multo auctior atque emendatior lucem adspexit Gottingae 1798.; in qua auctor multa loca Socraticorum et nonnullas addi-*

dit sectiones, quartam praecipue, num Socrates inuentor fuerit illius methodi, valde locupletauit. — Praeclare disputatur de hac ratione Socratica in libro, inscripto: *Geist der Sokratik. Ein Versuch, den Freunden des Sokrates und der Sokratik geweiht von Frid. Mich. Vierthaler.* Salisburgi. 1793. 8. — De Socrate cum discipulis libros veterum, (probabiliter, Homerum, Hesiodum, Archilochum, Aesopi fabulas, Solonem, Pythagoram aliosque philosophos,) tractante: Regiomont. 1795. 4. auctore Hamano. Triplex erat ratio: 1) propaedeutica, vt acueret auditores ad rite cogitandum; 2) vt res vtilles magis respiceret, quam verba, 3) vt animum moresque emendaret. — Socrates von *Wilhelm Hellen*, Francof. ad Moen. I. II. tom. 1790. 8. Minus laudatur in *Jen. A. L. Z. a. 1792. m. Sept. nr. 251. p. 637. sqq.* — *Ueber den Unterricht, welchen Sokrates der schönen Theodota in den Buhlerkünsten soll gegeben haben:* disquisitio, in qua Socrates acute beneque defenditur in: *Hinterlass. Papiere eines philosophischen Landpredigers — herausgegeben — v. Profess. K. H. Heydenreich.* Lips. 1799. 8. nr. XVIII. — *Sokrates nach dem Diogenes Laertius v. C. W. Brumbey.* Lemgou. 1800. 8. Est cap. V. de vita Socratis, libri II. Diogenis Laertii: quaelibet periodus est vage neque eleganter versa, et graeco textui additae sunt notae varii generis et pretii, iudice censore in *Lips. Litt. Zeit. a. 1800. nr. 210. add. Jen. A. L. Z. a. 1800. nr.*



309. — *Allgemeine Geschichte der ältern und neuern Ethik, oder Lebens - Wissenschaft, nebst einer Untersuchung der Fragen: giebt es denn auch wirklich eine Wissenschaft des Lebens? wie sollte ihr Inhalt, wie ihre Methode beschaffen seyn? v. C. Meiners, Gotting. pars. I. 1801. mai. 3. In sectione II. primum systemata ethices gr. veterum sophistarum, Aristippi et Epicuri, tum Socratis, veterum academicorum, Aristotelis et Stoeae denique Platonis exposuit, et opiniones Scepticorum ac nouae academiae adiecit. In sect. III. ea, quae praecipue sunt peculiaris propriaque ethices veterum persequitur; in IV. lectione enarrat historiam atque sub examen vocat rationes graecorum philosophorum, qui vocantur, moralium. — De studio et via philosophandi Socrat. v. etiam bibl. vniuers. germ. Kilon. vol. 55. part. 2. fascic. 5. pag. 298. sqq.*

---

*Ad §. 49. ARISTOPHANES:*

*Ad. pag. 338. lin. 26.*

De noua ed. *Invernizii* et quibusdam versionibus aliisque scriptis v. *Add. ad Introduct. II. 2. p. 552.* ac longam illius edit. censuram, in qua, bona quae sint et mala, explicantur in *Jen. A. L. Zeit. a. 1797. nr. 227. et 228. m. Jul.*

*Ad pag. 339. lin. 16.*

De ed. *Mosellani* multus est *Menken* in nouis miscell. *Lips. tom. VI. p. 556. sqq.*



*Ad pag. 339. lin. vlt.*

*Aristophanis Nubes*, cum scholiis, recensuit et adnotatt. *Jo. Aug. Ernesti* suasque addidit *Godofr. Hermannus*, Prof. Lipsiens. Lipsiæ. 1799. mai. 8. — Equites et *Nubes*, comoediæ german. versæ a *Wielando* subiectis notis atque excursibus eruditis, in *Attischen Museo*, vol. II. fasc. 1. 2. et 3. Tiguri. et Lipsi. 1797. et 1798. 8. — atque in tom. III. fasc. 1. Lucern. 1799. nr. 2. pag. 57. sqq. *Wielands Versuch über die Frage: ob und in wie ferne Aristophanes gegen den Vorwurf, den Sokrates in den Wolken persönlich misshandelt zu haben, könne gerechtfertigt werden.* Conf. censorem in ephem. Tubing. liter. a. 1799. nr. 59. p. 466. sqq. et in noua bibl. vniuers. germ. vol. 65. part. II. fasc. 8. pag. 582. sqq. a. 1801. Add. *Flögel* in *Geschichte der komisch. Litteratur*, tom. I. pag. 17., qui etiam arbitratur, Aristoph. in *Nubib.* non Socratem, sed sub eius nomine Sophistam quemdam depexum dedisse.

*Ad pag. 340. lin. 2.*

*Aristophanis Acharnenses*, graece. Edidit, varietate lectionis, animaduers. VV. DD. suisque, nec non indice vocabulor. instruxit *Jo. Ge. Christi. Hoepfner*, pars prior. Halae Saxon. 1798. Pars posterior, quantum comperi, nondum adspexit lucem. — Idem cl. *Hoepfner* edere coepit *Aristoph. Ranas*, cum commentario, (qui in altero tomo comparebit,) varietate lectionis, scholiis-græc. et indice,

ce. vol. I. Halae Sax. 1797. 8. In praefat. agitur de argumento huius comoediae, et de codd., editt. versionibus huius et reliquarum Aristoph. comoediarum aliisque scriptis huc pertinentibus. — Concionatricēs cura *Frid. Aug. Wolf.* in huius Tetralogia dramatum graecor. Halis. Sax. 1787. 8. — Ranae, germanice versae a *Schlossero*, Basil. 1785. 8. et in eiusdem minoribus scriptis, (*kleine Schriften*) part. III. p. 127 — 266. a. 1783. — *Nubes* gall. vert. *Chstph. Matth. Ploucquet.* Tubingae. 1789. 8. Plura v. in *Brehmii bibliograph. Handbuch.* II. p. 159 — 179. et add. *Pluti* hispanic. versionem cum comment. de antiqua et noua comoedia, Madrid. 1794. 8. — *Der Weiberconvent, ein Schauspiel des Aristoph.* im Auszuge von *F. A. Wiedeburg*, in eius *philol. paedag. Magazin.* tom. II. part. 5. pag. 257. sqq.

*Ad pag. 340. sect. 5.*

*Jo. Aug. Ernesti* obseruationes philologico-criticae in *Aristoph. Nubes* et *Flauii Iosephi* antiquitates iudaicas. *Access. Godofr. Olearii* notae ad *Suidam*: ed. ab *Jo. Chstn. Gottlieb Ernesti.* Lips. 1795. 8. — *Chr. Gottlob Heyne* Pr. Liberalitatis et aequalitatis civilis in Atheniensi republ. ex *Aristophane.* Gottingae. 1795. fol. rec. in *Ruperti ac Schlichthorst neuem Magazin für Schullehrer*, tom. III. part. 1. *Bremae.* 1794. 8. et in *Heynii Opusc.* tom. IV. *Gotting.* 1796. 8. — *Wor- auf gründet sich der Beyfall, den Athen den Schau-*

*Schauspielen des Aristoph. schenkte*, in: *neue deutsch. Bibl. der sch. Wissensch.* tom. 37. part. 1. p. 1—29. — *P. Car. Levesque* Memoire sur l'Aristophane. Paris in Mem. de l'Institut national des scienc. etc. pour l'an IV. de la Rep. Litterature et B. A. tom. I. Paris a. VI. m. 4. nr. 19. — *Gottfr. Ern. Groddeck* in *antiquarischen Versuchen*, collect. I. Lemberg, (Leopoli) 1800. 8. comment. III. de Cottabo Graecor. quaedam loca Aristoph. et schol. ad illum corrigit, et *Rostius* in *Analect. criticorum fascic. Pr. Lips.* 1802. 4. loca Nub. 470. sq. et Plut. 839. v. *Beck* comm. societ. philol. Lips. I. 1. p. 103. et III. 1. pag. 152. sq.

---

Ad §. 52. ARISTIPPVS.

Ad pag. 342.

*Henr. Kunhardt* diss. philos. histor. de Aristippi philosophia morali etc. Helmstadt. 1795. 4. — *Meiners* in historia doctrinae morum etc. supra ad §. 48. de Socrate citata — *Aristipp und einige seiner Zeitgenossen*. — Herausgegeben von C. M. Wieland. II. tom. et in eius Operibus. vol. 53. ac 34. Cel. *Wieland* erudite pulcreque persequitur historiam et Aristippi et hominum omniumque rerum notabiliorum, quae ab initio Olymp. XCIV. siue XXX. tyrannorum Atheniens. imperio vsque ad septimum annum post mortem Socratis, de cuius vita et disciplina multus est, in Graecis

cia euenerunt: praeterea litterarum et artis opera, philosophorum decreta moresque hominum subtiliter sciteque enarrat. Plura leges in *Beckii* comm. soc. philol. Lips. III. 1. pag. 183. sqq.

---

*Ad §. 54. CEBES.*

*Ad pag. 344. sect. 2.*

*M. Flade*, Tertius collega scholae Freiberg., in epistola de Cebete [eiusque tabula, Freiberg. 1797. 4. iudicat docetque, Cebetem esse reuera auctorem tabulae, et hanc aetate prouectum scripsisse.

*Ad pag. 344. not.*

*Fossius* in catal. codd. saec. XV. bibl. Magliabech. vol. I. pag. 507. et 511. memorat editionem versionis lat. Odax. antiquiss. sine notis typographicis, cum *Censorino* de die natali, aliorumque auctorum opusculis, in 4. paruo. — Criticum editt. recensum instituit cel. *Schweighaeuserus* post praefat. ad suam *Epicteti et Cebetis* edit. praecipue pag. CXXVIII. sqq. et p. CXXVI. sqq. egit de *Odashii* versione latina.

*Ad pag. 344. sect. 3.*

Principem edit. graec. *Cebetis* cum *Basilii*. *M. orat. paranaetica*, *Plutarch.* de institutione pueror. *Xenoph. Hierone*, sine ullis notis typograph. in 8. (initio saeculi XVI. probabiliter Venetiis aut Romae, *Zach. Calliergi*  
ty-



typis,) esse censet cl. Schweighaeuff. l. c. (add. de illa *Fossium* l. c. pag. 507.) Idem V. D. existimat, opinionem, *Cebetis* tabulam graece iam in ed. Aldina Lascaris Erotematum a. 1494. impressam esse, lubrico admodum niti fundamento. — Rarissimis libris adnumeranda est edit. inscripta. In hoc opere continentur: *Hesiodi Aseráci* duo libri *Georgicon* ἔργα καὶ ἡμέραι — *Catonis Romoralia* instituta (lat. cum versione gr. *Max. Planadis*,) *Tabula Cebetis*. — Gr. et lat. — *Ottomarus Aidos* Argentin. — Joan Knoblauch formulis excusit Argentor. s. a. in 4. etiam sine praec. Access. in titulo non memorata, *Pythagarae* A. C. et *Phocylidis* poema admonitorium, gr. et lat. *Tabula Cebetis* subiuncta est *Ludouici Lopadii Rudimentis* Gr. L. Basil. 1556. 8. — De edit. Wolfii certiora scripsi ad Epictetum in *Introd.* II. 1. pag. 61. sq. adde Schweighaeuff. l. c. pag. XXXI. sqq. et p. CXXXVII. sq. — *Ceb.* gr. lat. et hispan. cum aliis opusculis per Petr. Sim. April. Madrid. 1587. 8. v. specim. bibl. hisp. Maian. p. 112. sqq. — *M. T. Cic.* *Offic.* libri III. methodice et succincte repetiti a Bern. Copio. Acc. *tabula Cebetis* Thebani vna cum notis eiusd. Copii et lat. versione etc. Francof. ap. Wechel. 1590. 8. — *Bischoffii* edit. prodiit non 1709. sed 1710. Meum exempl. cura et tab. aen., quam tamen in postscripto bibliopola se additurum adhuc promisit. Is in praef. in indice editionum ac versionum refert quoque pag. 8. *Ceb.* ex *Jo. Caselii* recens. Helm-



Helmstادت. 1594. 4. — Cum Epicteto et notis (Jo. Dan. Sneconi, cuius nomen in prima edit. tacebatur,) Lugd. B. ex rec. Jo. Maire, 1634. in forma minima: — ibid. 1646. 16. — adiecto Sneconi nomine. ibid. 1651. 16. v. *Schweighaeuff*. l. c. pag. XXXVIII. et pag. CXLIV. sq. et CXLVI. in not.

*Ad pag. 346. med.*

*Ceb.* gr. et lat. ex ed. Jac. Gronou. Glasguae. 1757. 8. est ed. critica.

*Ibid. lin. 24.*

Corr. *Rühl*, (in Fabr. B. Gr. l. c. p. 712. *Ruehleri* est error,) cuius prima editio Goflar, (al. vt ap. Schweigh. Francof. et Lips.) 1727. m. 12. conf. Schweigh. p. CLV. sqq. — *Cebetis tabula*, gr. in usum scholarum recensuit, notas et copiosum verborum indicem adiecit (C. D. Beck.) Lips. 1784. 8. — Cum Epicteto, gr. a J. H. Jacobi. Hamburg. 1784. 8. — *Κεβητος Θεβαϊου Πιναξ*. Parmae ap. Bodon. 1795. 8. — La Tavola di *Cebete* Tebano, ibid. eod. an. Editor in graecis textum Gronou. hinc inde male deseruisse arguitur, versio mire liberalis valde recedit a textu gr. nec tamen omni laude caret. — Conf. etiam Jen. A. L. Z. 1796. m. Oct. nr. 551. — *Κεβητος Θεβ. Πιναξ. Cebes des Theban. Gemälde mit erklärenden Anmerkungen und einem vollständigen Wortregister*, — von Jo. Dav. Büchling Misen. 1796. 8. conf. ephem. litt. Lips. 1796. plag. 5. p. 37. sqq. et Kilon. nou. bibl.

bibl. vniu. germ. vol. 52. part. 2. fasc. 6. pag. 343. sqq., vbi longa et grauis censura legitur. *Villebrunius* tertiae suae Epicteti editioni addidit Cebetis tabul. gr. ac gallice: Manuel d'Epictete et Tableau de Cebes, en Grec, avec une Traduct. Franç. par *Le Febure Villebrune*, Bibliothécaire de la Bibl. nationale. Paris. typis Didot. jun. a. 5. (1795.) II. tom. 12. de qua ed. copiose acriterque iudicat cl. *Schweigh.* l. mem. p. LXXVIII. sqq., qui ipse criticam optimamque curauit edit. — *Epicteti Manuale et Cebetis Tabula.* Gr. et lat. Graeca ad fidem veterum librorum denuo recensuit, et collata omni lectionis varietate vindicauit illustrauitque; lat. versionem — recognouit et emendauit *Jo. Schweighäuser*, Prof. Argentoratens. Lips. 1798. mai 8. Idem V. D. eod. anno simul cum illa edit. duas alias minores editiones, detractato critico adparatu, adiecto tamen selectu quodam variarum lectt. in publicum emisit, alteram gr. cum lat. versione, alteram graece tantum, in 12.

*Ad pag. 347. lin. 15.*

Sub ficto *Bellegardii* nomine latet *Jo. Bapt. Morvan.* — Tabula Cebetis quoque translata est in linguam gallicam cum Epicteto. Paris. 1790. 8. — a *Camo*, Paris. II. tom. 1796. 12. — vers. gall. ibid. 1797. 4. Cum Epicteto, per *Defforges*. Est potius imitatio poetica, et minus laudatur in *Jen. A. L. Z.* a. 1798. nr. 175. pag. 566. sq. — In linguam german. a *Jo. Ge. Schultes*, in huius *Bibliothek*

*thek der griechischen Philosophen*, tom IV. Tiguri. 1782. 8. — In opere: *Der Lehrmeister, oder allgemeines System der Erziehung, aus dem Englisch. übertragen von Jo. Matthi. Schröckh und Jo. Jac. Ebert*, tom. II. Lipsi. 1785. 8. — a Baudet in *Posselti wissenschaftl. Magazin*, tom. III. Kehl. 1787. 8. — In linguam ital. a G. Gozzi in vol. III. eius Operæ in Versu e in Prosa. Venet. 1794. 8. — a P. C. M. Pagnini, cum Epicteto, Paviae. 1796. 12. — in ling. russicam Petropoli. 1786. 8. v. *Bacmeister russische Biblioth.* tom. X. part. 1 — 5. pag. 160. ibid. pag. 148. *Das Gemälde des Kebes, aus einer alten griech. Handschrift.* — In linguam graeco-vulgarem, sumtu Jo. Karatza, (Leucosia in Cyro orti.) Vindobonae. 1792. min. 8. — cum Epicteto in linguam Slavo-Serwicam per *Demetr. Nicolaowicz Darwar* et edit. ab eius fratre. Jo. Nicolaowicz Darwar. Budae typis Cyrill. regis Vniuersitatis Pestanae. 1799. 8. v. *Alter* in *Lips. Allg. litt. Anzeiger*, a. 1801. nr. 177. pag. 1712.

*Ad pag. 347. sect. 5.*

D. Jo. Gottfr. Haffe, Prof. Regiomontan. in: *Biblisoh-orientalische Aufsätze*, Regiomont. et Lipsi. 1795. pag. 66. instituit ratione argumenti atque consilii comparisonem tabulae Cebetinae cum apocalypsi D. Joannis. — James Moor in *Essays*, Glasguae 1759. 8. sect. 3. on the Composition of the picture, described in the Dialogue of Cebes. —  
Chrstph.

*Chrstph. Meiners* de tabula Cebetis, in eius recitat. de Socraticorum reliquiis etc. in Commentar. soc. doctrin. Gotting. vol. V. histor. et philol. class. ad a. 1782. — *Jul. Aug. Meyeri*, Director. Andreani Gymn. Hildes. Pr. Eruditio veterum duplex, vna vera quidem ac diuina; altera falsa et fortis humanae, descripta potius in Cebetis illo Pinace pythagorico, qui recte dicitur fuisse τῶν ἐν ἁδου διήγησις, et cuius contemplatio ab aequalibus nostris haud aliena videtur. Hildesiae. 1792. 4. Apud Suidam τῶν ἐν ἁδου non supplet πραγμάτων sed locum ita intelligit, vt οἱ ἐν ἁδου sint sacerdotes, qui deorum sacra in speluncis celebrabant. Quare opinatur, in dialogo Cebetis colloqui sacerdotem cum nonnullis amicis mysteriorum sacris initiatis. — *Car. Frid. Dornedden* in: *neue Theorie zur Erklärung der griechischen Mythologie etc.* Gottingae. 1802. 8. nr. 5. in compendium redegit tabulam, vt ostenderet, Cebetis tabulam continere vberiorem expositionem Stoicorum placiti, virtutem sufficere ad felicitatem consequendam. Add. *Christii*, Prof. Lipsf., excursus ad orat. de studiorum genere, quod fortunam principalem et omnem vitae statum deceat, p. 66. libri, Otii regalis acroamata. — *Brehm bibliogr. Handbuch.* II. pag. 278. sqq.

---



## Ad §. 55. AESCHINES.

Ad pag. 349. sect. 3.

Dialogus, *Axiochus de morte Xenocrati* tributus et inscriptus: *Xenocrates de morte* editus est August. Vind. 1515. 4. — Basil. 1552. 8. V *Pauze* A. T. VI. pag. 143. et 291. — *Axioch. germanice vertit Car. Phil. Konz* in: *Museum für die griech und römische Litteratur* Tiguri. et Lips. part I. 1794. m. 3. nr. III. pag. 70 sqq. — Idem dialogus in linguam german. translatus est a *Jo. Ge. Berndt*, Stendal. 1784. 8. — a *Chstn. Vict. Kindervater*, cum examine argumentorum, in: *Jo. Sam. Fest Beiträgen zur Beruhigung u. Aufklärung über diejenigen Dinge, die dem Menschen unangenehm sind etc.* tom. V. part. 2. post mortem Festi a Kindervatero edit. Lips. 1797. 8. — a *J. M. Heinze* tres Aesch. dialogi cum Platonis Critone. Dessau. et Lips. 1785. 8. et cum nouo tantum titulo illius versioni Cicer. III. libr. de legibus sunt adiuncti, Gotting. 1788. 8.

## Ad §. 56. THUCYDIDES.

Ad pag. 351. sect. 4. lin. 4.

Bauerus tamen, morte absumentus, non absoluit edit. — Mox lin. 11. leg. *Camerarii*.

Ad. pag. 353. lin. 17.

Posterior Bredenkamp. ed. pars prodiit Bremae. 1792. 8. — *Histoire de Thucydide*, trad.



trad. du Grec par *Pier. Charl. Levesque*. Paris. Gail et Aubin. 1795. 8. IV. voll. Nouissima Baueri et Gottleberi editione quoque usus est Levesque. Singulis voll. adiectae sunt notae atque illustrationes eruditae, in quibus suum saepe sequutus iudicium, novas delegit lectt. Additi sunt V. excursus, in quorum tertio agitur de ortu Graecorum e terris, trans mare nigrum sitis, et in quinto de palaeographia tempore Thucyd. usitata. Coray suppeditavit auctori permultas emendationes atque adnotationes eruditae.

*Ad pag. 354. sect. 6.*

*Meierotto* recitatio de Thucyd. in *Sammlung der deutschen Abhandlungen — der Kön. Akademie der Wissensch. zu Berlin etc.* Berol. 1796. 4. nr. 8. et gallice versa in eiusd. societatis *Memoires etc.* ibid. nr. 24. Ostendit auctor, res gestas potiores a Thucydide ut plurimum ex veris illarum causis fuisse deductas, eiusque consilium in primis fuisse, ut opera historiae illius oratores, demagogi et viri in republica versantes instituerentur — *Μανουήλ Σ. Τσενεδίου διατριβή εἰς Θουκυδίδην καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας ἐπιτομή.* Vindobon. ap. Franc. Ant. Schraimbl. 1799. 8. v. *Alter* in *Lips. allg. litt. Anzeiger.* 1800. nr. 165. p. 1624. — *Arn. Aug. Evers*, Hannouerani, disp. de prooemio Thucyd. Gotting. 1803. mai. 8. Mire laudat Thucydidem ab arte historica, et praeclaras criticas, historicas grammaticasque in prooemium adfert ob-

obseruatt. culpatque fere omnes in Thucyd. commentatores, praecipue quod historicum ex eo ipso non explicuerint. — De Creutzeri periculo: *Herodot und Thucydides, Versuch etc.* Lips. 1798. 8. v. supra ad paragr. de Herodoto. Add. *Brüggemann View etc.* p. 122. sqq.

---

*Ad §. 59. LYSIAS.*

*Ad pag. 360. sect. 4.*

*Lyfiae quae exstant* ad cod. Vindobonensem graece expressa, cur. *F. C. Alter*, Vindobonae typis de Trattner. 1785. 8. Adiecta sunt fragmenta p. 317. sqq. et vitia cod. Vindob. enotantur etc. *Cel. Alter* ipse multus est de hac sua editione et cod. Vindobon. in *Lips. allg. litt. Anzeiger.* a. 1799. nr. 50. col. 501. sq.

*Ad pag. 361. sect. 6.*

*Auger* orationem VIII, valde corruptam, in sua edit. ex coniectura saepius emendarat. Illas suas coniecturas defendere et confirmare studuit in comment. in *Mem. de Litterat. de l'Acad. des Inscr.* vol. 46. Paris. 1793. — *Conf. Brüggemann View etc.* p. 125. sqq.

---

*Ad §. 64. ISOCRATES.*

*Ad pag. 366. lin. 13.*

Editio Hagan. potius cum Mediol. quam cum Aldina conspirare dicitur. — Editionis

gr. Basil. 1546. 8., quae deprompta est ex ed. Aldina, exceptis et emendatis quibusdam locis, curator primus adiecit epistolam X. ad Dionysium. — Rarioribus libris adnumeratur: *Isocratis* — oratio de bello fugiendo et pace seruanda, ad populum Athen. *Petro Mosellano* Protegensis interprete. — Basil. 1522. 4. v. Cat. bibliograph. librorum — in biblioth. caesar. reg. et equestris academ. Theres. vol. II. Vindob. 1802. 4. p. 128. nr. 405.

*Ad pag. 366. lin. 24.*

Basil. per Mich. Isengrin 1555. 8. sine indicio superioris cuiusdam editionis. Atque censor in ephem. litterar. Norimberg. plag. 24. a. 1792. adfirmat, eam esse omnino criticam; insuper libro isti inesse vitam Isocratis, a Plutarcho et Philostrato scriptam; atque sectionem de Isocrate ex Dionysio Halicarn., item nonnullas VV. lectt. et coniecturas, in margine positas.

*Ad pag. 369. med.*

In cat. bibliogr. libror. cit. vol. II. p. 102. nr. 502. occurrit lib. rariss. *Contenta in hoc opere* sunt haec: *Catonis* praecepta moralia; — *Mimi Publiani* sententiae; — *Isocratis* Paraenos ad Demonicum, *Rudolpho Agricola* interprete etc. Argentor. 1518. 4. — Oratio *Isocratis* ad Demonicum de officiis, cui in gratiam studiosae iuuentutis praeposita est vita oratoris ex variis authoribus vna cum breui argumento collecta a *M. Jacobo. Erici*,  
Gr.

Gr. L. in Gymnasio regio Professore. Holmiae, typis Andr. Guterwitzii. 1584. 4. vid. *Fant histor. litteraturae gr. in Suecia*, p. 27.

*Ad pag. 370. lin. 9.*

Altera *Facciolati* edit. locupletior prodit Patau. 1741. 8. v. Acta erudit. 1745. m. Sept. p. 561. sqq. — In *Theatro virtutis et honoris, oder Tugendbüchlein aus etlichen fürtrefflichen Griechischen und Lateinischen Scribenten ins Teutsche gebracht durch Herrn Wilibald Pirckheimern* — (praefante *Hans im Hoff*,) Noribergae 1706. 8. sunt orationes ad Demonicum pag. 69. sqq. et ad Nicoclem p. 89. sqq. germanice versae. — A memorato *Jo. Mich. Affsprung*. german. etiam versus est: *Isocr. Areopagus, oder patriotische Vorstellung an seine lieben Mitbürger zu Athen etc.* Francof. et Lips. (Heidelberg.) 1784. 8. — Tres orationes ad Demonicum, ad Nicoclem et Nicocles olim modo separatim, aut cum aliis, modo iunctim, aut cum Plutarcho de puerorum institutione in usum scholar. sunt saepissime excusae: catalogus edit. ad Fabr. B. Gr. II. p. 783. sq. memoratarum, si h. l. opus esset, vel ex Panzeri A. T. potuit augeri. Quare paucas addere iuvat edd. Ἰσοκράτους — *Isocratis Nicocles* vel auxiliaris, in qua disertissime et prudentissime de subditorum erga magistratum et rempublicam officio sub persona Nicoclis regis deserit Isocrates. Eiusd. *Evagoras*, oratio elegantissima de virtutibus rebusque praeclare



gestis Euagorae. Coloniae Agrippinae ap. Jo. Gymnicum. M. D. XCII. (1592.) 8. In meo tamen exemplo deest oratio, *Euagoras* — Cura cl. *Facii*, Prof. Gr. L. Coburg. e prelo exierunt graece: *Isocratis orationes quatuor ad Demonicum, Euagorae laudatio, ad Nicoclem, Trapezitica:* in vsum Gr. L. studiosorum separatim editae. Coburgi. 1790. 8. — *Isocratis Euagoras, übersetzt und erläutert aus der Sprache u. Geschichte, zum Gebrauch für Schulen von M. Heynig.* Lips. 1798. 8. Gr. cum lat. versione et adnotatt. Sed culpatur haec ed. in Kilon. noua bibl. vniuers. germ. vol. 46. part. 1. fasc. 4. a. 1799. pag. 244.

*Ad pag. 371. lin. 5.*

Panegyricum germanice vertit optimeque illustravit *Wieland* in: *Attisches Museum*, tom. I. fasc. 1. Tiguri. 1796. 8.

Nouissima editio est: *Isocratis Opera, quae exstant, omnia* ad optimorum exemplorum fidem emendauit, varietate lectionis, animaduersionibus criticis, summano et indice instruxit *M. Wilh. Lange*, Gymnasii ciuitatis Halensis collega etc. Halis Sax. 1803. 8. cum notis breuibus, vt plurimum criticis. In praef. de praecipuis edit. iudicatur. Notis loco versionis latinae subiectum est summarium. Est critica editio, et cl. editor emendationum factarum atque interpretationum propriarum exempla indicauit in praef. Claudit tomum index copiosus. Tomus se-

cun-



cundus comprehendet commentarios. — Eundem virum doctam habent parentem: *Des Isocrates sämtl. Reden u. Briefe, aus dem Griechischen übersetzt und erläutert von W. Lange.* tom. I. Berol. et Stralsund. 1798. 8. Continet or. ad Philippum; epist. ad Philippum; Archidamum; Symmach. Areopagitic. et Euagoram.

*Ad pag. 371. sect. 6.*

*Car. Segaar* specimen obseruat. criticarum in Isocratem: in Actis litterariis societatis Rhenò-Traiect. Lugd. B. 1795. 8. tom. I. p. 75. sqq. — *Ch. H. G. Rettberg*, tentamen emendationum et animaduersion. in *Isocratem*, in *Bibl. der alt. Litterat. und Kunst*, part. X. p. 25. sqq. Gotting. 1794. 8. —

*Kunsturtheil des Dionysios über den Isokrates*, german. vertit S. (Schlegel,) et adiecit postscriptum s. animaduersiones, in *Wielandi Attisch. Museo*, tom. I. fasc. 5. pag. 125 — 175. Tiguri. et Lips. 1797. 8. — *Vies des anciens orateurs grecs etc.* cum obseruationibus quibusdam de eloquentia eorum, notitia scriptorum, ab iis confectorum, et versione orationum quarundam, quas composuere. *Isocrates.* tom. I. Paris. 1752. mai. 12. Summam huius libri leges in Lips. nouis actis erudit. a. 1754. part. II. m. Jun. p. 555. sqq. Auctor primo defendit Isocratem contra virum quendam clariss. Tum scripta eius curate percensuit, ac tempus, quo quodque illorum conscriptum sit, studuit definire.

Por-

Porro confecit, quantum quidem ad intelligendum oratorem pertineret, dissertat. de historia attica. Denique, vt lectores de Isocratis eloquentia iudicare possent, ex vnoquoque genere, in quo elaborauerat ille, specimen aliquod gallice exhibuit, n. orat., quae Nicocles dicitur; panegyricum, Euagoram et orationem pro Nicia. Pag. 18. sqq. de infenso Isocratis inimico, Aristotele ita iudicat, vt non Stagiritam, sed Siculum quemdam rhetorem, eiusdem nominis, intelligendum esse existimet: pag. 72. sqq. orat. ad Nicoclem contra Muretum varr. lectt. I. cap. 1. et Henr. Stephan. in diatr. in Isocrat. ad calcem ed. 1595. vindicat Isocrati.

---

*Ad §. 66. XENOPHON.*

*Ad pag. 373. sect. 1. lin. 3.*

Scr. natus Olymp. LXXXII. conf. not. b ad Fabr. B. Gr. III. p. 1. sq.

*Ad pag. 376. lin. 3.*

Plato ap. *Diogen. Laert.* III. 34. Xenophonis Cyropaediam vocat *πλάσμα*; sed vide Menagii notam. *Bar. de Sainte Croix* in *Obsl.* in Xenoph. Cyrop. (in *Mem. de Litterat. des Inscr.* vol. 46. Paris. 1795.) Cyropaediam, etiam existimat, esse librum romanensem, et de erroribus in illa geographicis agit, animaduertitque, vel ipsum Xenophontem in Anabasi meliora tradidisse de quibusdam populis.

lis. — M. Jac. Baden in Opusc. latinis, Havniae 1763. 8. nr. 2. siue in prolusione, inscripta: *Ingenium et ars Cyropaediae*, hanc censet, neque plane librum romanensem esse, neque omnino veram historiam; sed Xenophontem et scriptis et per famam acceptis vsus narrationibus, Cyri historiam consilio suo aptam composuisse. Idem ibid. nr. 14. de *Cyro Xenophonteo*, effigie perfectissimi imperatoris. — Damm exemplo Opp. Xenoph. Lipsiensi obseruationes varii generis adscripserat, quarum magnam partem germanice versam publicauit anonymus in *Biesteri Berlin. Monatschrift*, a. 1796. m. Jan. pag. 69. sqq. In his putabat Damm, παιδείαν κύρου sumendam esse actiue, quomodo socios suos regniq; ministros erudiuisset, et, quomodo agerent, docuisset: *Die Einrichtung, Veranstaltungen, Verordnungen des Kyros*, siue etiam: *des Kyros Zucht*, h. e. *wie er die seinen gezogen (non, erzogen) hat*: non passiuo sensu est sumendum, quomodo ille sit educatus atque eruditus. Quare Cyropaediam vocat *einen wohlausgesonnenen Donquixotismus, einen Staats- und Heldenroman*. *Cyrus est ipse, ein vollkommen guter u. glücklicher Held, schön ausgemahlet. Es ist ein Staats- und Kriegs-Grandison etc.* Et sic de multis aliis Xenoph. operum locis iudicauit.

*Ad pag. 376. lin. 14. nr. 6.*

In *Mem. socr.* multa fuisse interpolata, addita et translocata culpa librariorum, docere

cere sustinuit *Weiske* in not. ad suam versionem germ. et probat V. D. in censura in bibl. vniu. germ. Kilon. vol. XV. part. II. fasc. 6. pag. 350. sqq. — Cel. *Wieland* qui in: *Attisch. Museum*, tom. III. fasc. 1. pag. 106 — 168. Lucern. 1799. et fasc. 2. p. 296 — 337. Lucern. et Lips. 1800. m. 8. germanice vertit aliquot dialogos M. S. in notis negat, ex illis M. S. disci posse artem dialogi, quoniam Xenophon in istis vnice curet effēratque Socratem; reliquos autem colloquentes faciat tamquam personas mutas, quae vel nihil habeant, quod dicant, vel ideo inducantur, vt Socrati vel omnia concedant, vel, quando contradicant, illi maiorem quasi parent triumphum.

*Ad pag. 377. sect. 3. nr. 17.*

Cum Berofo et aliis 1511. sine loci nota, in 4. v. *Hirschii* Millenar. II. pag. 5. nr. 5. — f. a. et l. in 4. Litteris tamen nuncupator. subscripsit *Godofr. Torinus Parhisi* (sic) *ap. collegium Plesseiacum*. VI. Nou. M. CCCCX. (1510.)

*Ad pag. 380. lin. 22.*

*Thieme*, postquam multos annos insumferat colligendis ordinandisque iis, quae ad intelligentiam atque interpretationem tam criticam quam grammaticam Xenophonteorum operum conducerent, tandem omnem suum adparatum commisit cl. *Sturzio*, qui, omnibus in ordinem redactis et copia adnota-



tationum varii generis eruditarum vtiliumque locupletatis, egregium edere coepit *Lexicon Xenophonticum*, cuius vol. I. lucem adspexit Lips. 1801. 8. (Praefationem excipit varietas lectionis 1) ex cod. Lipsiensi, collato cum Thiemii editione 2) e Gailii codicibus, de quibus in praef. aperte iudicat. \*) 3) Indices paginarum editionis Thiemianae cum paginis praecipuarum editionum collatae; quorum ope factum est, vt index Sturzianus esset index omnium praecipuarum editionum.) voll. II. 1802. Praef. pag. 9. sqq. inserta est lectionis varietas in Cynegetici duobus codd. a Gailio obseruata. — vol. III. 1805. 8. Vnum volumen adhuc sequetur.

*Oeuvres de Xenophon* traduites en français. sur les Textes imprimés et sur quatre Mss de la biblioth. nationale par le Citoyen Gail, Prof. de littérature grecque au College de France. L' an. III. (1795.) 8. cum textu graeco. Hic tomus continet Xen. Oeconom. apologiam Socratis, et opusc. de re equestri atque Hipparch. Pag. 534 — 547. sunt notae ad

\*) Quod Sturz nonnullas Gailii interpretationes reiecit; Gailius eas vindicauit atque vberius exposuit in: Observations de J. B. Gail sur le *Lexicon Xenophonticum* de M. Sturz. in Mag. encyclop. par Millin, tom. IV. 7me an. nr. 13. p. 33 — 41., cuius summam leges in cl. Beckii comment. societ. philol. Lips. II. 2. p. 247. sqq. (pag. 246. recensetur vol. I. Lexici Xenophont. Sturz.) Sed ibid. pag. 249. sqq. Gailio respondit Sturzius, et suas docte copioseque defendit interpretationes.



ad illustrandum et emendandum contextum, et p. 348 — 362. variae lectt. Vir enim doct. comparavit IV. codd. nondum collatos bibl. publ. et Sangermann. item alios, quos vel ipse habuit ante oculos, vel ex ed. Zeunii, quem valde laudavit et maxime sequutus est, cognovit. V. cl. *Sturz* in praef. ad Lex. Xenoph. Vol. I. pag. 10. sq. et Jen. A. L. Z. a. 1796. nr. 327. m. Oct. pag. 158. sqq.

*Xenophontis* Atheniensis scripta, in usum lectorum graecis litteris tinctorum, commentariis ad rerum et verborum intelligentiam illustrata a *Beniamin Weiske*, scholae Portens. Conrect. vol. I. Cyri disciplinam libr. I—IV. — vol. II. libr. V—VIII. continens. Lips. 1798. 8. Etiam separatim sub titulo: *Xenoph.* de disciplina Cyri, libri VIII. etc. Praemissa est commentatio de ingenio Xenophontis scriptoris, et de usu, quem libri eius et olim praestiterunt, et nunc praestare possunt, atque disp. de natura et usu disciplinae Cyri. Notae sunt cum criticae, in quibus saepius disputatur contra Zeunium, tum imprimis exegeticae, conf. eph. litt. Gotth. a. 1798. scid. 68. pag. 604. sqq. — vol. III. Cyri expeditionem comprehendens. ib. 1799. praemissa comm. de aestimanda Cyri expeditione. v. eph. litt. Gotting. a. 1799. p. 2026. sq. — Vol. IV. historiam gr. et Agefilaum continens. ib. 1801. p. 405. sqq. est defensio libelli, Agefilaus inscripti, quem, confutatis, certe labefactatis, Valkenarii rationibus, docere voluit, esse Xenophonteum: conf.

*Beckii* comm. citat. II. 2. p. 242. sqq. — Vol. V. Oeconomicum, conuiuium, Hieronem, apologiam Socr. et M. S. continens. ib. 1802, Integra edit, constabit VI. voluminibus.

*Ad pag. 381. lin. 4.*

Stuttgard. edit. emptoribus carentem, *Weckherlin* indice germanico vtiliorem et emptoribus gratiorem reddidit: *Ξενοφώντος Κυρου Παιδεία* nach *Th. Hutchinson's* Lesart, mit einem griechisch-deutschen Wortregister. Stuttgart. 1798. 8. — *Xen. Cyropaedia*, gr. et lat. Basil. 1790. 8. — *Xenoph. de institutione Cyri historiae*, gr. et lat. ex rec. Ed. Wells. Lips. 1801, 8. praemissis *Hutchins.* diff.

*Ad pag. 381. lin. 10.*

tifex factus est 1409 et Bononiae mortuus III. Mai. 1410. Quare sequitur, vt Angelus suam versionem traderet pontifici a. 1409. aut 1410. Huius versionis lat. codex est in bibl. caesarea nr. XX. inter lat. philosophicos codd. sine tabb. geographicis. Ab illius initio legitur: *Translatio huius libri de greco in latinum an. domini 1409.* In calce scriptum est: *Finitum a. Domini 1437. currente 23. die Februarii.* Vindobonense illud editionis Bonon. exemplar habet signaturas, quas vocant, sed non omnes eodem modo expressas; quod quidam documento esse putant, illam edit. a. 1462. prodire non potuisse, quia, monente etiam *Palmero* in *History of Printing* p. 54 et 180. Anton Zarotus signaturarum habeatur inuentor ex. gr. in Terentii ed. Mediolan. 1470. Ed. quidem Terentii Mediol. 1476. instructa est iisdem. Ptolem. in exemplari, quod est in B. caesarea habet 25. tabulas geographicas rudes, non aeri, sed plumbo aut orichalco incisas, quas Alter indicat, notatque, eas multum differre ab iis elegantibus, quae sunt in cod. Msto. graeco caesareo. Cum Gamba idem iudicat, Bonon. istam edit. lucem vidisse a. 1472. antiquiorem igitur esse Romana a. 1482., quae plures habeat tabb. geographicas, venustiores typos et cifras ac pulcricorem chartam etc.

*Ad pag. 146. lin. 10.*

V. quae notauit in noua Fabr. B. Gr. edit. vol. V. cap. 16. de Cl. Ptolemaeo p. 274. sq.

*Ad*

*Ad pag. 148. lin. 19.*

Corr. *Leucho*, et add. in fol.

*Ad pag. 150. med.*

De Ptolemaeo, eius prima gr. edid. Eras-  
miana, et cod. latinisque antiquis versioni-  
bus curate differitur in noua *Mannerti* edit.  
Geogr. Graecor. ac Romanorum. Noribergae  
1799. 8. p. 184 — 188. et p. 191 — 195, de va-  
riis lectt. in antiquis codd. atque edit. de ta-  
bulis geographic. etiam de *Agathodaemone*.

*Ad pag. 153. lin. 9.*

Post voc. *Gravio* add. *Londini*, 1650: 4.

*Ad pag. 153. not. \*.*

In *Ptolemaei* *Almagestum* libri tredecim  
conscripsi a *Jo. Regiomontano*. Noribergae  
ap. *Jo. Montanum*, et *Vlricum Neuber*. 1550.  
fol. — De *Almagesto* a *Gerardo Cremonensi*  
lat. ex arabico verso v. *Scheibel* in *Lips. allg.*  
*litt. Anz.* a. 1801. nr. 197.

*Ad pag. 154. lin. 3.*

Plura vero in m. edit. vol. V. p. 280. sqq.  
— Edit. *Erasmi Reinhold* repetita est typis.  
*Witeb.* 1569. — Liber septimus syntaxeos  
*Ptolemaei* gr. cum versione gallica abb. *Mon-*  
*tignot.* Argentor. 1787. 4. — In catal. bibl.  
*Roffii* (Romae. 1786. m. 8.) p. 153. fin. citan-  
tur *Ptolem.* lib. IV. syntaxeos et fructus libro-  
rum suorum, graece. *Basil.* 1633. 8. Sed vereor,  
ne

ne in nota anni error typogr. sit commissus. Alii igitur videant.

*Ad pag. 155. lin. 5.*

An, (vti in pluribus catalogis notatum vidi annum,) rectius, 1655?

*Ad pag. 155. lin. 11.*

Sec. m. ed. vol. V. p. 238. sq.

*Ad pag. 156. lin. 6.*

In noua ed. est omissum l. c. at forsan in supplem. ad illum locum inueniet, conf. Add. ad Introd. II. 2. p. 350. sq., vbi tamen notandum est, etiam *Joccherum* in Lexico eruditor. tom. II. p. 777. diserte tradidisse Frobenium non edidisse, sed in msto reliquisse Cl. Ptolemai magnae constructionis mathematicae libros 15. gr. cum versione lat. Add. praefat. ad vol. V. Fabr. B. Gr. p. XII.

*Ad pag. 156. lin. antepen.*

Conf. de *Nicephori Gregorae* scholiis in Ptolem. ad Fabr. B. Gr. vol. VII. p. 637. sq. nr. 81. et not. yy.

*Ad pag. 157. sect. 5. lin. 1.*

Sec. m. ed. (vt aliquoties iam monui,) vol. V. cap. 16. p. 270. et sqq. p. 285. de *Montignoti* et *Bodii* versionibus egi. — De versione antiqua Astronomiae etc. germanica, Francof. ad Moen. 1545. v. *von Wolfrum* in *Lips. allgem. litt. Anz.* a. 1799. nr. 121. —

Sarmatae Europaei post Ptolemaeum, et orti ex iis Lettones etc. *Gattereri* recitatio, cuius summam leges in ephem. litter. Gotting. a. 1796. nr. 142. Eiusdem Sarmatae, nonnisi Europaei e Ptolemaeo solo, II. commentatt. in tomo XII. commentatt. Gotting. societ. doctrinar., quae cum tertia separatim quoque editae sunt. Gotting. 1796. 4. v. Gott. eph. litt. a. 1796. nr. 141.

*Ad pag. 160. med.*

Extrait des recherches sur le Système géographique de Marin de Tyr, — par *Goffelin* v. Journ. des Scav. a. 1791. part. XII. pag. 719. sqq.

---

*Ad §. 51. POLYAENVS.*

*Ad pag. 161. sect. 3. lin. 6.*

De ed. Herm. Vultei. controuersia orta est. Adnotante enim cl. *Matthaei* in *Lips. allg. litt. Anz.* a. 1801. nr. 52. pag. 493. sqq. Vulteius in praef. a. 1549. de se scripserat, *aetate iuuenili*; tum neque in praefat. neque in *dedicat. codicum* fecit mentionem; sed in fine tantum pag. 414. *reliqua*, inquit, *in graeco nostro exemplari desiderantur.* Ergo vnico tantummodo codice Msto. vsus fuisse videtur. Neque editio 1550. 4. exstare, probabile, videtur cl. Matth. Namque prima editio inscripta est: *Polyaeni strategematum ad DD. Antoninum et Verum impp. libri octo*, quibus  
am.



amplissima foecundissimaque rei militaris doctrina continetur: numquam antea in lucem editi, ac nuper adeo e graeco sermone in latinum conuersi. *Iusto Vulteio*, Vuetterano interprete. Basileae per Joan. Oporinum. 8. Dedicatio ad Landgrafios Hassiae Guilelmum et Ludouic. data est Basil. 1549. Contra cl. *Kordes* in eodem diario litterario, Lips. A. L. Anz. a. 1801 nr. 199. pag. 1913. sqq. primum monet, quum Vultei a. 1575. demum sit mortuus: editionem *post eius mortem* non potuisse a. 1550. prodire; sed patrem ipsum curasse editionem 1549. Agit deinde de edit. illius versionis. Lubec. 1601. 4. In dedicatione ad illam Lubec. edit. scripta Marburgi d. 18. Dec. MDC. filius, *Hermannus Vultei* ipse narrat patrem, quam adolescens esset, non amplius, quum octodecim annos natus, vertisse Polyænum. Notatu digna est illa praefatio, a *Kordesio* repetita, et ea, quae de *Palthenio* eiusque incognita Polyæni edit. profert; atque nr. 200. pag. 1925. agit de *Zacharia Palthenio*.

*Ad pag. 161. lin. 21.*

Murfinnae ed. non probat cel. *Matthæi* l. c. et errorem quemdam notat.

*Ad pag. 162. sect. 6. lin. 3.*

Interpretationis franco-gallicae, cum notis, auctor est *Guil. Alexis Lobineau*, mort. 1727., post cuius mortem in lucem produxit illam *Pierre Nic. Desmolets*. Paris. 1739. 12.

II. tom. rec. ib. 1743. 12. v. cat. bibl. Bunau. vol. I. pag. 174. sq. et *Tassini gelehrte Geschichte der Congregat. von S. Maur.* II. pag. 145. — Anglice vertit R. Shepherd. Londini. 1795. 4. — Loca quaedam Polyæni emendat *Paulus Fermat* in litteris ad Ranchin. quas exhibet *Bachetus* in adpendice ad *Diophantum* pag. 45. sq. rec. in *Fermati Opp. variis mathematicis Tolosæ* 1679. fol. etiam in *Mursinæ* ed. Polyæni sub finem præfat. Plura leges, si placet, ad *Fabr. B. Gr.* vol. V. cap. 17. sect. VI. pag. 521. sqq.

Ad §. 52. HERMOGENES.

Ad pag. 164. lin. 29.

Sec. meam *Fabr. B. Gr.* ed. libr. 53. §. IV. de *Hermogene*, p. 69. sqq., vbi plura, præsertim de codd. et veteribus commentatoribus adscripti.

Ad pag. 165. sect. 4. lin. ult.

Hermog. artem rhetor. edidit gr. *Io. Caselius* Rostok. 1583. 8. — Habeo crassum volumen inscriptum: Ῥητορικὴ πραγματεία, ἣτοι τῆς ἑρμογένους τοῦ Γαρσέως τοῦ κατ' ἐξοχὴν Τεχνικοῦ καλουμένου, ῥητορικῆς τέχνης ἐξηγησις, συνοψισθεῖσα μὲν ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ διαφόρων ἐξηγητῶν καὶ ὡς ἐνὶ ἀκριβεστάτα φιλοπονηθεῖσά τε καὶ ἐπέξεργασθεῖσα, καὶ ἀνακληρωθεῖσα, καὶ ἐλλείποντα ὑπὸ τοῦ ἐν Ἱερομάχοις ἐλαχίστου Ἀθανασίου τοῦ Παρίου. Νῦν δὲ πρῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα τοῖς

τοῖς Φιλολόγοις, προθυμία καὶ δαπάνη ἀδρᾶ τοῦ τιμιωτάτου καὶ τὰ μάλιστα Φιλομοῦσου Μεσῆρ (h. e. *Monsieur*) Μικῆ (Μιχαηλ) Καραλή, ἀνδρὸς χριστοπόλιτου καὶ τὰ πρῶτα Φέροντος τοῦ Εὐπατριδῶν. Διορθωθεῖσα μεθ' ὅσης οἶοντε τῆς ἐπιμελείας παρὰ Σ. Β. Δ. τοῦ Φ. Φ. Ἐνετησιῶν αψηϛ. 1799. Παρὰ Νικολάω Γλυκεῖ τῳ ἐξ Ἰωαννίνων 4. Est *Hermogenis rhetorica cum supplementis Athanasii*, Prof. rhetor. Logices et Metaphysices in schola Graecorum Veneta. Is inuenit in bibl. monasterii Iber. in monte Athos catenam III. et IV. interpretum, quos etiam adhibuit. Hermogenes autem omiserat genus demonstratiuum; ideo in hac edit. optima et correcta artem rhetoricam excipit ἐγχειρίδιον διδάσκον ἴδια τὰ περὶ τοῦ ἐπιδεικτικοῦ γένους. V. etiam cl. *Alter* in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. 166. col. 1638. sq. Sed plura sunt memoratu digna in hoc volumine, quae ita sese excipiunt: 1) *Aphthonii* progymnasmata; 2) prolegomena in vniuersam *Hermogenis* rhetoricam; 3) *Hermog.* rhetor. περὶ τῶν Στασέων 4) eiusd. de inuentione, tom. I. II. III. et IV. περὶ σχημάτων ἢ περὶ ἑρμηνείας. 5) noua incipit paginarum series, περὶ τοῦ ἐπιδεικτικοῦ ἐγχειρίδιον 6) octo analyses, rhetoricae a) orat. *Demosthen.* περὶ παραπροσεβείας, b) eiusd. primae orat. Olynth. c) eiusd. tertiae orat. contra Philippum; d) declamationis 26. *Libanii*; e) prima oratio τοῦ Ἰταλοῦ Πάτρει Σεγνέρου, *Σενιερί*, de morte; cum insequenti illius expositione rhetorica; f) analysis primae orat. *Meniati*; g) quintae or. τῆς α. *Περίοδου* de poenitentia; orat. τοῦ Δεσποτικῶ

ποτικοῦ Πάθους; h. e. vltimi supplicii Iesu Christi denique Σημειώσεις τινές εἰς τὸν υδ', τῆς δευτέρας Περιόδου.

*Ad pag. 165. sect. 6. lin. 3.*

Sec. m. edit. l. cit. pag. 109. sqq.

*Ad §. 53. AEL. HERODIANVS.*

*Ad pag. 166. sect. 4. lin. 3.*

Corr. 1495. et lin. 7. corr. 1523. v. Serieo dell' Edizioni Aldini ed. sec. p. 2. 3. sq. et 60. Excerpta ex scriptis Herodiani de magno verbo, gr. ap. Wechel. 1542. 8. — *Herodiani* fragmentum περὶ ἡμαρτημένων λεξέων, (quae pars est Herodiani libelli, ex quo excerpta habemus Phrynicho et Moeridi adiecta,) ex cod. Augustiano descriptum subiecit additis notis, cl. *Godofr. Hermann.* de emendanda ratione graecae grammaticae part. I. Lips. 1801. pag. 299. sqq. idemque primus ex codd. August. vulgavit pag. 319. sqq. fragmentum Lexici graeci; (in cod. Augustano praefixus est titulus: τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ τεχνολογίαι περὶ γραμματικῆς) libellum de constructione verborum; et praecepta, κανόνες, de mensura syllabarum et accentibus, atque in praef. p. XIV. sq. de singulis vberius disputat.

*Ad pag. 168. sect. 6. lin. 1.*

Sec. m. ed. cap. 39. sect. VI. vol. VI. pag. 278. sqq., vbi plura adscripsi.

*Ad*



## Ad §. 54. CLAVDIVS GALENVS.

Ad pag. 168. sect. 1.

*Ackermann*, qui in *Fabr. B. Gr. nou. edit.* vol. V. cap. XIX. pag. 377. sqq. *Galen*i vitam, merita et scripta tam genuina, quam suspectae originis illorumque codd. Msst. atque editiones tam cum textu graeco, quam illo destitutas, commentatores aliaque diligenter copioseque persequutus est, pag. 386. sq. de tempore; quo Galenus diem obiit supremum, multus est, et tandem probabile esse profiteatur, Galenum annos demum LXX. vixisse, proinde obiisse postremo saeculi tertii post Christum natum anno, a morte *Lucii Veri* vno supra tricesimum. Ego vero nolo ea, quae *Ackerm.* iam docte narravit diligenterque excussit, h. l. repetere, sed malo lectores ad eum ablegare. add. *Brehm bibliograph. Hanbbuch etc.* II. pag. 454. sqq.

Ad pag. 174. lin. 1.

Idem *Sprengel* edidit *Briefe über Galen's philosoph. System in Beyträgen zur Geschichte der Medicin*; part. I. p. 117—195. — *Gal.* lib. quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, german. versus a *I. D. Metzgero* in *Pylii Repertor. für die öffentl. und gerichtliche Arznei-Wissenschaft*, tom. I. p. 27. sqq. Berol. 1789. — *Osterhausen* germanice vertit capp. VII. et XI. libri primi de valetudine tuenda, in *Witweri Archiv für die Geschichte der Arzneikunst*, tom. IV. part. I. pag.

352 *HYPsicLES. PAVSANIAS*

pag. 56. sqq. Noriberg. 1790. 8. — *Gale-  
nus vom Aderlassen gegen den Erasistrat,*  
*übersetzt und mit Anmerkungen versehen von*  
*M. v. Gallaba.* Vindobon. 1791. 8. v. etiam  
Add. ad Introd. II. 2. pag. 551.

---

*Ad §. 57. de ALEXAN. NUMENIO.*

*Ad pag. 178. sect. 3. lin. 1.*

Corr. pag. 486. f. in noua ed. vol. VI. cap.  
34. pag. 135.

---

*Ad §. 58. HYPsicLES.*

*Ad pag. 178. lin. 8.*

Ab *Hambergero* in *zuverl. Nachricht.*  
tom. II. pag. 395. citatur edit. mem. a. 1680.  
4. in *Fabricii* autem B. Gr. vol. IV. pag. 20. et  
in catal. *Pinell.* tom. I. pag. 525. nr. 1954.  
ed. a. 1657. 4.

---

*Ad §. 59. PAVSANIAS.*

*Ad pag. 180. lin. 6.*

*Leg. magna.* et v. Add. ad Introd. II. 2. pag.  
351.

*Ad pag. 180. lin. 17.*

Atque clar. *Facijs* curauit editionem prae-  
claram, inscriptam: Πausανίου ἑλλάδος περιη-  
γησις. *Pausaniae Graeciae descriptio.* Graece.  
Re-

Recensuit, ex codd. et aliunde emendauit, explanauit *Io. Frid. Facius*, tom. I. Lipsiae, in bibliopol. Schaeferiano. 1794. m. 8. (ex codd. Vindobon. et Mosquensi lectiones vel meliores in textum recepit, vel eas et coniecturas tam suas, quam aliorum, in animaduersionibus quae modo criticae sunt, modo exegeticae, notauit. Iure laudatur opera atque eruditio *Facii* in ephemer. litter.; quaedam tamen emendationes proponuntur in censura primi tom. in Kilon. vnivers. bibl. germ. vol. 22. part. I. fasc. 1 — 4. a. 1796. p. 24. sqq.) — tom. II. ibid. 1795. — tom. III. cum quatuor uertibus indicibus. ibid. 1796. — Acc. tom. IV. continens *Romuli Amasaei* interpretationem latin. ib. 1796.

*Ad pag. 181. sect. 4. lin. pen.*

*Goldhagen*. uersioni suae germ. etiam adiecit obseruatt. — ea iterum prodit a. 1799. — Noua editio uersionis gallicae, a *Gedoy*n factae, cum animaduersion. prodit Paris. an. 2. (1795.) IV. voll. 8. — Italica interpretatio, *Viaggio istorico della Grecia*, Rom. Desiderj. 1792—1793 V. tom. 4. — Anglica — with notes, in which much of the Mythologie of the Greeks is unfolded from a Theory which has been for many Ages unknown (by *Th. Taylor*.) London. Faulder. 1794. \*) III. vol. 8. cum figg. et tabulis.

*Ad*

\*) Aut a. 1793. sec. *Brüggemann* View etc. pag. 359. ubi alia Britannorum, qui in uertendo aut

*Ad pag. 182. sect. 6. lin. 1.*

Sec. m. edit. libr. IV. cap. 17. vol. V. pag. 307. sqq. vbi alia quaedam notauit.

*Ad pag. 183. lin. 17.*

Leg. *Polygnoti*: et pag. 184. lin. 1. scr. comm. I. 1790. — comm. II. 1791. — *Lessing*. in *Obsl. criticis in ordinem redactis a J. Fr. Jac. Reichenbach*, Berol. 1794. min. 8. pag. 91. sqq. explicat illustratque *Pausan.* *Eliac.* cap. 18. pag. 442. ed. Kuhn. de figura et repraesentatione mortis in cista quadam et pag. 143. sq. interpretatur *Pausan.* IV. pag. 762. — cl. *Sturz* in tertio *Pr.* de nominibus *Graecor.* pag. 10. sq. ap *Pausan.* tom. I. pag. 77. ed. *Facii*, pro *Τάνταλος* legere iubet *Τάλως*, et in libr. IX. 36. *Ἀωρις* legitur pro *χλωρις*. — In *Millin Mag.* encyclop. tom. VI. an. 7. pag. 22 — 32. legitur epistola *Clauierii* ad *Corrayum* de noua, quam parat, *Pausaniae* versione franco-gall. quamque *Viscontii* commentar. archaeologicus ornabit, *Barbié du Boccage* geographicis notis illustrabit. Haud omnino laudat *Facii* editionem *Clauierius*, atque in textu graeco emendando versatus, adhibitis aliquot codd. *Pariensib.* suarum emendationum proposuit specimina, quae paucis repetita sunt in *Beckii* comm. societ. philol. *Lips.* III. part. I. pag. 140.

*Ad*

illustrando *Pausania* versati sunt, scripta enumerantur.



Ad §. 60. LVCIANVS.

Ad pag. 184. sect. 2. lin. 9.

Leg. Gallias. De Luciani aetate v. quoque  
Add. ad Introd. II. 2. pag. 551.

Ad pag. 187. lin. 17.

Sec. m. ed. libr. V. cap. 9. vol. VIII. pag.  
406. not. — mox lin. 25. v. Fabr. m. ed. libr.  
IV. cap. 13. de Luciano, vol. V. p. 544. sq.

Ad pag. 188. lin. 3.

Corr. tom. II. — Ad pag. 189. de dialogo  
*de morte Peregrini Fabr.* l. c. pag. 340. sq. m.  
edit. Ex illo dialogo posse doctrinam s. reli-  
gionem christianam egregie illustrari, mo-  
nent *Huetius* in demonstratione euangel. pag.  
62. *Buddeus* in diss. de veritate religionis chri-  
stianae, philosophorum gentilium obtrecta-  
tione confirmata, (Jenae. 1711. et 1727. rec.  
in Miscellan. sacris, tom. I. pag. 451 — 522.)  
pag. 475 — 481. et *Iortinus* in adnotatt. ad  
histor. eccles. tom. I. pag. 145. Praeter ea  
*Frid. Theodor. Withof.* in Pr. 1762. et 1763.  
Lingae editis, putat, Lucianum in eo nobil-  
issimam historiae mosaicae particulam, hucus-  
que sepultam quali et a nemine obseruatam  
exhibere. Add. *Tenzelii* exercitatt. selectas,  
part. I. pag. 142 et *Io. Andr. Schmidtii* histor.  
saec. II. fabulis variorum maculatam p. 20 —  
27. — Quem Lucianus (cap. 15. dial. pag.  
557. vbi v. interpr. in ed. *Reitzii*.) per νομοθετην  
πρωτον Christianorum intelligere videatur, vi-

ri docti non consentiunt. Fabricius l. c. p. 341. arbitratur, Ioannem euangelistam eo significari. Contra innui Christum, opinatur *Tob. Pfanner* de catechumenis cap. I. §. 15. pag. 15. sed, quia primum legislatorem ab ἀνεσκοπισμένου ἀνδρου distinguat Lucianus, negant illam interpretationem *Lampe*, (qui fauere videtur hypothese de Ioanne) prolegg. ad Joh. lib. I. cap. 6. §. 9. pag. 100. *Buddeus* l. cit. ac *Tanaquil Faber* ad suam dialogi Luciani edit. Paris. 1675. 4. pag. 68. qui intelligit Paullum apostolum. Enimuero, quoniam Lucianus Peregrinum distinguat a primo Christianorum legislatore, *C. Buttinghausenio* in Pr. Heidelbergae 1761. (v *Tübingerische Berichte* a. 1761. nr. VII. VIII.) et in bibl. Hagana, class. III. fasc. 1. nr. 6. in comm. de primo Christianorum legislatore apud Lucianum in Peregrino, postquam p. 178 — 184. diversas variorum recitauit sententias p. 184. Lucianus videtur neuiquam in mente habuisse Paullum apost. sed Petrum, legatum diuinum, qui et Φιλαδελφίαν et opera caritatis aequae ac Paullus, passim I. Petr. I. 22 II. 17. III. 8. V. 9. in II. epist. I. 7. commendat.

*Ad pag. 190. lin. 1.*

De hac *Florentina* et de aliis edd. Luciani tam graecis quam latinis v. ad *Fabr. B. Gr.* V. pag. 348. sqq.

*Ad pag. 190. lin. 23.*

Scr. VIII. voll. — Editionis *Bipontinae* vol. X. additum est a. 1795. Virtutes et vitia  
il-

illius edit. liberius indicantur in Jen. A. L. Z. a. 1800. nr. 120 — 122. vbi aliae quorundam opusculorum edd. simul recensentur; in his vberius examinatur et laudatur editio, quae noua quodammodo est recensio: Δουκιανου Σαμος, ἀπαντα. *Luciani Samosat. Opera omnia*, maxime ex fide codd. Paris. recensita. Edidit *Frid. Schmieder*, Gymn. Luther. Hal. collega. tom. prior. Halae Magdeb. 1800. mai. 8. — Acc. tomus *posterior*, cum additamento ad tomum priorem, ibid. 1801. Ad posterior. tomum ornandum accepit VV. LL. plurimum opusc. Lucian. ex cod. Goerlicensi et codd. tribus Augustanis descriptas. In praefat. promisit commentarios in omnes Luciani libros.

*Ad pag. 193. med.*

Aliquot Platinae versionis editt. hic memorare lubet: *Luciani Samos. Saturnalia. Cronosolon*, i. e. saturnalium legum lator. *Epistolae Saturnales. De luctu. Abdicatus Icaromenippus* s. hypernephelus. *Toxaris* s. amicitia. *Alexander* s. Pseudomantis. *Gallus* s. somnium. *Timon. Misanthropus. Pro tyrannicida declamatio. Erasmi declamatio lucianicae* respondens. De iis, qui mercede conducti degunt. *Dialogi XVIII. Hercules gallicus. Eunuchus* s. Pamphilus. De sacrificiis. *Conuiuium* s. Lapithae. De astrologia. *Des. Erasmo* interprete ex posteriori recognitione. Basil. per Jo. Froben. 1517. 4. v. *Panzeri* A. T. vol. VI. pag. 202. nr. 196. — (De prio-

priore ed. 1514. 4. v. Fabr. l. c. pag. 551. sq.) Eadem cum additamento in fronte libri: *Aliquot item ex eodem commentarii, Thoma Moro interprete, quos* \*) in calce huius libri numeratos reperies. Quibus si graece scripta, quae propediem, diis propiciis, adiicientur, conferat studiosus lector, facile cognoscet, arbitror, cuiusmodi res sit peregrinam linguam, vt in aliam quamuis, ita in Latinam bene ac fideliter vertere. Basil. ap. Jo. Froben. M. D. XXI. (1521.) fól.

*Luciani Samos. Hermotimus, seu de sectis dialogus* sane perquam elegans ac festiuus, *Obfopoeo* interprete. Eiusdem item dialogi amatorii quatuor, *Chiliano Mansuetō* interprete. *Plutarchi Chaeronensis de liberorum educatione libellus, Jo. Metzler* interprete. Iam omnia haec recens versa ac edita. Haganoae, per Jo. Secerium. 1527. 8. De hac editiōne et memoratis interpretibus docte copioseque differuit *Fr. Otto Mencken.* in *Miscell. Lips.* nouis, vol. VI. part. IV. p. 569 — 576. — *Luciani elegantissima aliquot opuscula, iam recens per Vincent. Obfopoeum* latinitate donata. Haganoae per Jo. Sec. an. MDXXIX.

\*) A Moro h. l. pag. 244. sqq. versa sunt opusc. *Luciani: Cynicus. Menippus siue Necromantia: Philopseudes s. incredulus: declamat. pro tyrannicida.* versiones quae ab Erasmiānis pag. 136 — 175. sunt diuersae. — Editio *graeca*, in titulo promissa, forsā per ed. Aldinam retardata, tum temporis nondum adspexit lucem. — Opusc. a Moro versa, sunt quoque in eius *Opp. Francof. et Lips.* 1689. fol. p. 257. sq.



MDXXIX. (1529.) in fine: Apud Haganoam per J. Secer. excudebatur, a. Dom. MDXXIX. mense Mart. in 3.

*Luciani Sauros. Insomnium, seu vita. Ad liberalium disciplinarum studia commendanda plurimum conducens. Idem dialogus eiusdem, (graece.) Francisc. Paedareus* Salisburgen. M. D. XXXVI. 3. In fine: Augustae procurit Philippus Vihardus, mens. Januar. 1556. v. *Panzeri A. T.* vol. VI. pag. 170. nr. 266. — Add. *Bünau. catal. I.* pag. 175. vbi multae edd. atque versiones praecipue scriptorum seorsim editorum enumerantur. — Editt. atque versiones, a doctis Britannis curatae, aliaque Britannorum scripta, in quibus Luciani quaedam opusc. aut loca vel emendantur, vel illustrantur, late indicantur a *Brüggemanno* in *View etc.* p. 560. sqq. et in *Supplement etc.* pag. 71. sqq.

*Ad pag. 194. lin. 27.*

*Leedes* edit. dialogorum selectorum cum scholiis primum prodiit Londini 1678. 12. — rec. Cantabrig. 1704. 8. — Dein, altera parte aucta, accedentibus notis Graevii, Gronovii, Iénfii et scholiaste graeco, Lond. 1710. 8. — 1726. 8. — 1750. et 1756. 8. Conf. noua acta erud. suppl. tom. II. sect. V. pag. 149. — *Luciani. quomodo historia conscribenda sit.* Edidit ac notis illustravit *Franc. Riollay* (cum vers. latina ex ed. Reitzii deprompta, in notis interdum emendata,) Oxon. e typogr. Clarendon. 1770. 8.

*Ad*

*Ad pag. 195. med.*

*Luciani Samos.* quaestio, quomodo historia sit scribenda. graece. Selectis aliorum suisque animaduerss. illustrauit et indicem vocabulorum ac rerum adiecit M. *Aug. Frid. Wilh. Rudolphus*, ord. philos. in acad. Viteberg. Adiunctus Lips. 1797. 8. Basis est ed. Reitzii, correctis tamen erroribus typographicis aliisque. In animaduerss. de veritate lection. et sensus agitur; et emendationes proponuntur. v. Eph. litter. Lips. a. 1797. plag. 37. p. 659. sqq. et bibl. vniuers. germ. Kilon. vol. 36. part. I. fasc. 4. p. 266, sqq. vbi laudatur quidem clar. Rudolphi opera; sed bonae correctiones atque interpretationes locorum quorundam adduntur. — Eadem laudatur, adspersis tamen quibusdam animaduerss., item *Bremeri* ac *Gehrichii* edd. (paullo post memorandae,) commendantur, contra *Martini* ac *Bielingii* opera parui aestimatur in Jen, A. L. Z. a. 1800. nr. 120 — 122.

*Ad pag. 197. lin. 9.*

Schierii edit. in nouo tituli folio notam a. 1796. 8. Brunsvici, quasi noua esset editio, tantummodo accepit. *J. Chr. Bremer* cum notis edidit gr. *Luciani dial. deorum*. Lipsiae. 1790. 8. — Pariter dialogus mortuorum, ib. 1791. 8. — *Sammlung einiger Schriften aus Lucians Werken, zum Gebrauche für Schulen, herausgegeben u. mit einem Register von Ch. E. Gehrich, Rector der Schule zu Goslar*. Gottingae. 1797. 8. sunt XII. dialogi, exclu-

clusis dialogis deorum ac mortuorum. Textui sunt subiectae memoratu digniores VV. lectt. et correctiones ex Reitzii editione excerptae. Conf. nou. bibl. germ. vniuers. Kilon. vol. 56. part. I. fasc. IV. pag. 271. sq.

*Lucians Timon oder Menschenfeind. Mit erläuternden Anmerkungen, einem vollständigen Wortregister und einer Abhandlung über Lucians Lebensumstände, Schriften, Ausgaben, und Uebersetzungen, zum Gebrauch für Schulen, und Gymnas.* Lips. 1796. 8. — *Lucians Göttergespräche, übersetzt, mit Anmerkungen. Ein Versuch von J. H. Quentel. Mülhaus.* 1796. 8. De vtraque edit. v. bibl. Kilon. laudat. a. 1798. vol. 38. part. I. fasc. IV. pag. 235. sq.

*Ad pag. 198. lin. 6.*

Opera *Luciani* in anglicum sermonem translata a *J. Carr.* Londin. III. priora voll. 1786. et duo reliqua voll. demum a. 1798. 8. ap. Longmann, cum adnotatt. nostra potissimum tempora spectantibus. Liberalis, at bona dicitur esse, versio, rescisis obscoenioribus. v. Monthly Magaz. m. Mart. 1798. nr. 29. pag. 220. — Podagra et Anacharsis a *Westio* anglice vers. cum *Pindari* odis. vol. I. pag. 237. sqq. Londin. 1749. 4. v. act. erud. Lips. 1755. m. Febr. pag. 90. sqq. — *Le Songe de Lucien, la Fable des Alcyons et du Misanthrope du même Auteur, trad. en Fr. par P. F. Lavau.* Paris. ap. Didot. 1801. 8. cum notis grammaticis. — *Variae VI. codd. numquam antea*  
col-

collatorum lectiones a *Bellin du Ballu* in sua versione gallica enotatae, in *Schulen-Magazin*, II. 1. 1791. sunt excerptae. — Dialogi mortuorum in belgicam linguam conuersi notisque illustrati a B. V. F. *Ultraiecti ad Rh.* pars I. 1791. 8.

*Ad pag. 199. sect. 6. lin. 1.*

Sec. m. edit. vol. V. pag. 325. sqq. — *Add. Kistmacker* in adpend. II. ad *Thucydid.* edit. *Bipontinae* illustratum ac emendatum, *Monasterii* 1791. p. 151. sqq. in *Luciano* explicando versatur. — *M. Wilh. Lange* *Animaduersiones* ad quosdam *Luciani* libellos, (n. eos, qui in *Wolfii* collectione reperiuntur,) vna cum *diff. de fabulis romanensibus*, vt vocantur, *historicis.* *Halae Sax.* 1795. 8. *Conf. censuram* in *bibl. vniuers. germ. Kilon.* vol. 28. part. 1. fasc. 4. pag. 270. sq. — *Santenii obseru.* ad *Lucianum de Saltat.* c. 56. tom. II. pag. 289. excerptae in *Beckii comm.* *Lips. soc. philol.* II. part. 2. pag. 158.

---

*Ad §. 61. AELIVS ARISTIDES.*

*Ad pag. 202. sect. 1. et 2.*

De patria, aetate, peregrinationibus, vita, scriptis, editt. etc. *Aristidis* plura notavi ad *Fabricii B. Gr. libr.* IV. cap. 52. vol. VI. p. 12. sqq. quae hic repetere nolo.

*Ad pag. 204. lin. 2.*

*Aristid.* cum aliis opusculis ex *latina Guil. Canteri* versione prius prodiit *Basil. ap. Petr.*  
Per-



Pernam 1566. fol. quatuor tom. in vno volumine. Subiungitur Canteri libellus de ratione emendandi scriptores graecos, in quo ex Aristide potissimum exempla repetit. Vfus est edit. Aristidis Florentina, ab Arlenio cum Mts. collata. Vid. de hac et sequenti edit. Fabric. l. c. pag. 36. — Editio autem *graecolat.* ab ipso *Guil. Cantero*, qui nondum XXXIII annos natus, iam d. 18. Mai. 1575. mortuus esset, curari non potuit. Repetita tamen sunt in hac ed. praeter interpretationem Canteri latinam, Canteri epistola nuncupatoria ad Maximilian. II. imperator. editioni versionis lat. praemissa, et Canteri in Aristidem prolegomena, in quorum fine, se, profitetur, omnia fidelissime conatum esse interpretari. „In erratis porro, inquit, corrigendis ea sumus vsi libertate, quam scriptor a multis iam saeculis neglectus merito concedebat, ita tamen, vt audaciam nimiam diligentissime cauerimus. Ac in duabus quidem orationibus. Panathenaica, et proxima, in Urbem, ab Aldina editione nonnihil adiuti sumus, in reliquis autem nostri ingenii coniectura qualicunque, rationis tamen haud experte, semper fere vsi sumus.” Denique declarat, codicem ab Arlenio collatum, suas coniecturas permultas confirmasse, et nouas emendationes aliquot, nec non defectuum supplementa subiecisse. — Secundam hanc versionis editionem et Ph. Iuntae Florentinam edita est illa *P. Stephani*, inscripta: Ἀριστίδου λόγοι, *Aelii Aristidis Adrianensis* oratoris

ris clarissimi, orationum tomi III. Interprete *Guilielmo Cantero*, Ultraiectino. Adiunximus varias eiusdem *Gulielmi Canteri* et aliorum lectiones, lectoris iudicio examinandas. Vna cum indice duplici: altero gnomologiarum: altero rerum et verbórum, eoque locupletissimo. Oliua Pauli Stephani. Anno M.DCIV. 8. sine vlla editoris praefatione. Typographus tamen in tom. III. indici praemisit *varias lectiones* tam *Guil. Canteri* quam et ex alterius codice, quas, ait, examines Lector, et in textum remittas, vt plerasque omnes necessarias. Stephan. autem in Panathenaica et in Romam oratione Aldinum sequutus est exemplar et contra fidem Canterianae versionis, atque omisit non solum Canteri notas marginales, sed etiam ὑποθέσεις graecas in Panathenaicam atque orationes Platonicas, in graeca Iuntina editione obuias.

*Ad pag. 204. lin. 5.*

Corrige *Hagan. 1535*, et conf. *Introduct. I. pag. 173. sq.*

*Ad pag. 206. de PHRYNICHŌ, sect. 6. lin. 1.*

*Sec. m. edit. cap. 36. vol. VI. p. 175. sqq.*

---

*Ad §. 63. IAMBlichVS.*

*Ad pag. 207. lin. vlt.*

In *Paciaudii* proloquio §. 11. pag. IV. sq. ed. Longi e rec. *G. H. Schaeferi* Lips. 1805. 12.

*Ad*

*Ad pag. 208. lin. 3.*

Sec. m. edit. cap. VI. vol. VIII. pag. 152. fqq. vbi quaedam adieci, praesertim in nota y.

---

*Ad §. 64. IVLIVS POLLVX.*

*Ad pag. 209. lin. 3.*

Corr. per Balthasarem Lasium et Thom. Platterum.

*Ad pag. 210. sect. 6. lin. 2.*

Sec. m. edit. cap. XXXV. vol. VI. pag. 141. fqq.

*Ad pag. 211. de ADRIANO. lin. 5.*

In noua edit. cap. XXXII. vol. VI. pag. 50. fqq.

---

*Ad §. 66. SEXTVS.*

*Ad pag. 211. lin. antepen.*

Exemplar. Antwerp. 1569. est in bibl. publ. Erlangensi.

*Ad pag. 212. lin. 18.*

*Sexti Empirici Opera*, ex recens. Fabricii curauit et commentario illustrauit J. G. Mund. voluminis I. pars prior, (quae continet textum gr. hypotypos.) Halae. 1796. 4. Vicia typographica, praecipue interpunctio ed. Fabric. interdum bene emendantur; inter-

terdum tamen noua operarum vitia sunt orta, nec vbique melior facta est interpunctio. Germanice vers. a J. G. Buhle. tom. I. Gotingae. 1801. 8.

*Ad pag. 212. sect. 6. lin. 1.*

Sec. m. edit. cap. XXI. vol. V. p. 527. sqq.

---

*Ad §. 67. MOERIS ATTICISTA.*

*Ad pag. 213. lin. 1.*

Inscriptio libelli est: Μοιριδος Αττικισου Λεξεις Αττικων και Έλληνων κατα σοιχσιον. Έκ Θεατρου εν Οξονια. Έν τῷ ἔτει αψιβ. Post Moerin peculiaris sequitur inscriptio: *Gregorius Martinus ad Adolph. Mekerchum* pro veteri et vera graecarum litterarum pronuntiatione. E bibliotheca Cl. V. Joannis Seldeni. Oxoniae e theatro Sheldoniano. 1712. 8.

*Ad pag. 214. sect. 4.*

Quae Fabricius vtroque loco cit. scripserat, ea coniuncta et aliquantum auctiora reposui in noua B. Gr. edit. libr. IV. cap. 36. sect. V. vol. VI. pag. 171. sqq.

---

*Ad §. 68. MAXIMVS TYRIVS.*

*Ad pag. 214. sect. 4. lin. 6.*

*Pacii s. Paccii* versio primum edita est Romae ap. Jac. Mazochium 1517. fol. — De edit. Basil.



Bafil. 1519. fol. v. Panzeri A. T. vol. VI. pag. 210. sqq.

*Ad pag. 216. sect. 6. lin. 1.*

Sec. m. edit. cap. XX. vol. V. pag. 515. sqq.

*Ad §. 61. PHILOSTRATI.*

*Ad pag. 218. lin. 5.*

Vulgarem sententiam Tiedemannus quoque in *Geist der spekultativen Philosophie*, tom. III. pag. 110. sqq. oppugnauit. Vid. *Fabr. B. Gr.* vol. V. p. 541. sq.

*Ad pag. 219. lin. 22.*

Corr. (1502.) fol. v. not. d. ad *Fabr. l. c.* pag. 545.

*Ad pag. 222. lin. 20.*

Corr. 1680. fol.

*Ad pag. 223. sect. 6. lin. 3.*

Sec. m. edit. cap. XXII. vol. V. p. 540. sqq. *Ueber den jüngern Philostratus u. seine Gemälde-Beschreibung v. M. P. I. Rehfues.* Tübing. 1800. 8. Conf. eph. litt. Erlang. a. 1800. nr. 40. m. Febr. — *Cel. Heynii Pr. I—VIII. Philostrati maginum illustratio.* Gottingae. 1796—1799. fol. (Multa Philostrati loca in notis emendantur.) — *Eiusdem Pr. duo: Philostrati iunioris imaginum illustratio.* ib.

1800.

1800. fol. quae omnia, auctiora, recusa sunt in *Chr. G. Heynii* Opusculis academicis, vol. V. Gottingae 1802. m. 8. pag. 1. sqq. et pag. 196. rec. est progr. (Gottingae 1801. fol. prius editum:) *Callistrati* statuarum illustratio cap. 1—14. ac p. 222. sqq. additum est Epimetrum in Philostratos et Callistratum. — Huius nimirum *Callistrati ἐπιγράσεις*, seu quatuordecim imaginum siue statuarum *descriptions* addi solent editionibus Philostratorum. *Callistratum* quidem antiquiorem Philostratis esse putabāt *Fabr.* l. c. §. XIII. (vbi p. 558. sqq. persequitur illius vitam atque aetatem, et ego plura adnotavi;) *Heyne* vero p. 198. istis seriore. Neque cl. *Frid. Jacobs* in *Animadverss. criticis* in *Callistrati* statuas et Philostratorum imagines; acc. descriptio nondum edita anaglyphorum in templo Apolloniadis, (etiam inscr. *Exercitation. critic. in scriptores vett. tom. II.*) Lips. 1797. m. 8. pag. 5—7. probat Fabricii sententiam; negat quoque, illum fuisse *Callistratum Aphidnaeum*, tempore Demosthenis viventem, (quae erat opinio Meursii). Add. *Ruhnken.* in historia critica oratorum graecor. pag. LVIII. sqq. de Callistrato Aphidnaeo. — Icones a Philostrato seniore non ex ingenio describi, sed vere fuisse, multumque posse artificibus prodesse, contendit cl. *C. A. Böttiger* in: *Archäologisches Museum* etc. Wimar. 1801. 8. pag. 19.

*Ad §. 70. de ZENOBIO.**pag. 225. lin. 11.*

In noua Fabr. edit. cap. XI. §. III. vol. V.  
p. 108. sq.

---

*Ad §. 71. OPPIANVS.**Ad pag. 231. sect. 6. lin. 1.*

In noua Fabr. edit. libr. IV. cap. XXIV.  
pag. 590. seqq. — *Jani Kutgersii* Glossarium  
graecum nunc penitus restitutum, origini  
suae vindicatum atque annotatt. illustratum  
a *Frid. Strunzio*, Vitemberg. 1719 8. de quo  
glossario eiusque editt. plura scripsi ad Fabric.  
l. cit. p. 600.

---

*Ad §. 73. ATHENAEVS.**Ad pag. 231. sect. 1. lin. 7. et 8.*

In m. edit. cap. XXV. de *Athenaeo*. vol.  
V. p. 604.

*Ad pag. 234. lin. 12.*

Atque duae *Athenaei* editt. interea lucem  
adspexerunt. Prior nondum absoluta, habet  
inscriptionem generalem: *Αθηναίου* — *Athe-*  
*naei Deipnosophistarum libri quindecim. Grae-*  
*ce. tom. I. libr. I—V. continens*; specialera  
autem: *Athenaei Deipnosophistarum libri quin-*  
*decim.* Ad editionem Lugdunensem postre-

mam emendatius expressi. Acced. *Villebrunii* interpretatio gallica et notae itemque *Isaaci Casauboni* animaduersiones integrae. Curauit, virorum doctorum emendationes, adnotationes vel editas, vel ineditas adiecit, indices nouos confecit *Godofred. Henricus Schäfer*. AA LL. M. *Pars I. Athenaei textum graecum* (librorum V) continens. Lipsiae in bibliopolio Schäferiano. 1796. m. 8. — *Pars II. Villebrunii interpretationem gallicam et notas* continens ib eod. anno. etiam cum peculiari gallica inscriptione: *Banquet des Savans par Athenée* — tom. I. *Livre I—V. Pars III. Is. Casauboni* animaduersiones virorumque doctorum emendationes, adnotationes vel editas vel ineditas continens, aut in peculiari inscript. *Casauboni animaduerss.* — — tom. I. *animadu.* Is. *Casaub. libr. I—V. continens.* ibid. eod. anno. — Praestantior tamen est editio huius sententiae; Ἀθηναίου — *Athenaei Naucraticae Dipsosophistarum libri quindecim.* Ex optimis codd. nunc primum collatis emendauit ac suppleuit; noua latina versione et animaduersionibus, cum Is. Casauboni aliorumque, tum suis illustrauit, commodisque indicibus instruxit *Jo. Schweighäuserus*, — T I. continens textum priorum trium librorum et tom. I. animaduerss. in duo priores libros. Argentor. ex typogr. societ. Bipont. an. IX. (1801.) — tom. II. siue textus libror. IV—VI. et tom. II. animaduerss. in III. et IV. libros. ac tom. III. animaduerss. in V. et VI. ibid. a. X. (1802.) conf. ephem. litt. Gothan.



a. 1802. scid. 101. p. 878. sqq. vbi censor quosdam profert emendatt. et cl. *Beckii* comment. soc. Lips. philol III. 2. p. 377., vbi censor iudicat, in emendandis poetarum fragmentis opera editori minus feliciter cessisse, et p. 378. laudat libellum: *Observationes criticae in Athenaeum scripsit Raphael Fiorillo*. Pars prima. Gottingae 1803. 8.

*Ad pag. 234. sect. 6. lin. 1.*

Sec. m. ed. vol. V. p. 602. sqq. add. *Brehmii bibliogr. Handbuch* tom. II. p. 241. sqq. — *Lessing* in *Obsl. criticis*, in ordinem redactis a *J. Fr. Reichenbach*, illustrat. *Athen.* I. p. 20. ed. Casaub. et libr. II. p. 44. de *Lampro* pag. 22. et 31. sqq.

*Ad pag. 235. lin. 5.*

Emendatius in *Ilgen*. *Opusculis philolog.* Erfurt. 1797. 8. pag. 247. sqq. nr. VI. cum *Ruhnkenii* notis et *Ilg.* 319. commentar. v. *Ien.* A. L. Z. a. 1800. nr. 134. p. 332. sqq., vbi a censore eruditae acutaeque adsparguntur animaduersiones. — Add. *Car. Frid. Heinrich* *observatt. in Hermesin. in eius Observatt. in auctores vett. partic. I. Hannou.* 1794. 8. et *Brehm.* l. cit. p. 439. sq.

*Ad. pag. 235. lin. vlt.*

Addantur: *Vlpiani* rhetoris *observationes* ex XVIII. *Demosthenis* orationibus: a *Paulo Rósa*, *Cremnitz-Vngarø*, in tom. V. *Gnomologiae Demosthenicae Balthasar. Imbricij.* *Basil.* 1570. 8.

*Ad pag. 237. ALEXAND. APHRODISIENSIS.*

*sect. 4. lin. 4.*

Memorantur exemplaria cum nota a. 1554. v. *Fabr. B. Gr. cap. 28. de Alex. Aphrod. vol. V. p. 654. et quae ibi in nota k. animaduerti.*

*Ad pag. 238. med.*

De *Alex. Aphrod.* commentariis in Aristotel. XII. *Metaphysic. de codd. atque editt. latinae versionis Jo. Genesii Sepuluedae, v. Fabric. l. cit. p. 657. sq. ac pag. 658. sqq. de reliquis Alex. Aphrod. libris horumque edd. et de eius scriptis deperditis aut nondum editis.*

*Ad pag. 239. sect. 4.*

De fato et libertate voluntatis lib. germanice versus a *Jo. Ge. Schultessio*, in huius *Biblioth. der griech. Philosophen*, tom. IV. Tiguri 1782. 8.

---

*Ad §. 74. DIOGENES LAERTIVS.*

*Ad pag. 241. lin. 19.*

Edit. Bonon. a. 1495. est in 4. et continet latinam *Ben. Brognoli* interpretationem. — Eodem an. Bononiae per *Jac. de Ragazonibus* prelo emissa est versio italica huius sententiae in 4.: *Vite de Philosophi vulgare. libro extracto da D. Laerthio e da altri antiquissimi doctori v. Paitoni* biblioteca degli Autori — *volgarizzati*, tom. I, vbi pag. 292—300. multae ver-

versiones italicae, etiam antiquiores, enumerantur. Add. ad *Fabr. B. Gr. V. p. 576. sq.*

*Ad pag. 242. lin. 17.*

Loco a. 1593. in aliis editt. scribitur nota anni 1594. Cum huius quidem anni indicio designatur illa Stephani edit. in catal. Pinell. tom. III. p. 165. (vbi plures Diogenis Laertii editt. occurrunt,) a *Freytagio* l. cit. p. 801. sq. etc. Cum nota tamen anni 1593. et Longolius et alii excitant illam edit. v. ad *Fabricii B. Gr. vol. V. p. 572. a me adnotata.*

*Ad pag. 243. lin. 13.*

*Jo. Pearson.* curam illius edit, tantum susceperat: v. *Freytag.* l. cit. p. 802. sq. Hinc factum esse videtur, vt illa in cat. Pinell. laudato sic citaretur. Eaedem, (n. Diog. Laert. vitae,) a *Jo. Pearson* gr. lat. Londini 1664. fol.

*Ad pag. 246. sect. 6. lin. 4.*

Sec. m. edit. *Fabr. cap. XXIII. vol. V. pag. 564. sqq.* — Add. de Thalete excerpta e *Diog. Laertio*, in *neuen Miscellaneen historischen, politischen, moralischen, auch sonst verschiedenen Inhalts*, Lips. part. VII. pag. 94—118. — *Gotthold Ephr. Lessingii* emendatt. et illustrationes *Diog. Laertii* in eius *philologisch. Nachlass über griech. und röm. Schriftsteller*, adiect. eius vitae a fratre *Car. Gotthelf. Lessing* editae, III. partt. Berol. 1793—1795. 8. — *Franc. Volcmari Reinhardi* progr. de veterum inductione, ad locum *Diogenis Laert.*

I. III. segm. 55. sq. — *Brehmii bibliograph. Handbuch.* tom II, p. 342. sqq. — *Fria. Guil. Sturz* in *specimine II. animaduersionum* in *Empedoclis carmina*, in *Beckii comment. soc. philol. Lips.* vol. I. part. II. p. 271. sq. *tentat et explicat vers. Empedoclis ap. Diog. Laert.* VIII. 59.

*Ad pag. 248. sect. 4. lin. 2.*

*Add. cap. II. in vol. IV. pag. 615. sqq.*

*Ad §. 76. CLAVDIVS AELIANVS.*

*Ad pag. 252. fin.*

*Griechisches Lesebuch, enthaltend die interessantesten Erzählungen aus Aelians XIV. Büchern der vermischten Geschichte, mit grammatischen v. andern Anmerkungen, und einem vollständigen Wortregister, nach Trendelenburgs Theorie der griechischen Konjugation eingerichtet; für Schulen und Priuat-Studium herausgegeben von M. Wilh. Lange, Lehrer am Lutherischen Gymnas. in Halle. Halle. Halis Sax. 1797. 8. In comoda hac Aelian. Chrestomathia lectiones codd. aut coniecturae VV. DD. sunt iuterdum in textum receptae.*

*Ad pag. 255. lin. 5.*

*Sec. m. edit. cap. XXVI. vol. V. pag. 609. sqq. — C. G. Kühn progr. de via ac ratione, qua Aelianus sophista in historia animalium conscribenda vsus est. Lips. 1777. 4. — Jo.*

*Her.*



*Hermann* progr. ad Ael. hist. animal. XVI. 6. de voc. Φαρράγης (quod sec. Linneum, *Manis*, a Germanis autem dicitur *Schuppen-thier*) Argentor. 1782. — *Jo. Christi. Henrici* locum Ael. V. H. XII. 43. vbi Μοῖσῶνες memorantur, illustravit in tertio progr. de militibus amicitia deuotis. Witteb. 1792. 4.

*Ad pag. 255. lin. 13.*

*Frommanni* Pr. auctius et castigatius recusum est in eius Opusculis philologici atque historici argumenti, tom. I. pag. 407. sqq. Coburgi 1770. 8. — De criticis *Richteri* obsf. vide supra pag. 59. — *Frid. Jacobs* in Exercitt. criticis in scriptores veteres, tom. I. Lips. 1796. 8. cap. 1. et 16 et 17. loca quaedam Aeliani et V. H. et hist. anim. tentat illustratque. — *G. Fr. Creuzer* in adpend. ad dissertat. de Xenophonte historico etc. part. I. Lips. 1799. varia Aelian. in V. H. loca emendare studuit. Add. *Brehmii bibliogr. Handbuch* etc. II. pag. 5. sqq.

---

*Ad §. 77. DIO CASSIVS.*

*Ad pag. 258. not. lin. 2.*

Leg. et tamen. — Enimvero notam anni 1591. exhibet quoque exemplar in cat. bibl. Bünaui. vol. I. p. 163.

*Ad pag. 260. lin. 15.*

Cel. *Morellius* in cod. quondam Veneto D. Marci nunc Parisino, saec. XI. detexit fra-

fragmenta libri LV. et LVI. de rebus Romanorum, Augusto imper. gestis, quae vna cum variis lectionibus reliquorum, quae in cod. seruati sunt, librorum et cum eruditis annotatt. edidit in libello, futuro editori et vero lectoribus Dionis Cassii vtilissimo maximeque necessario, atque inscripto: *Dionis Cassii* historiarum romanarum fragmenta cum nouis earundem lectionibus a *Jac. Morellio*, bibliothecae Venetae praefecto, nunc primum edita. Bassani, ex typogr. Remondiniana. 1798. 8. In praef. docte differit de Dionis Cassii libris, imprimis de illo codice. — Recusus est libellus, huius sententiae: *Dionis Cassii* historiarum rom. fragmenta, cum nouis earundem lectionibus a *Jac. Morellio* — primum Bassani — a. 1798. forma minori vulgata, nunc castigatius, formaque maiori, ad Reimarianam editionem accommodata, denuo excusa typis *J. J. Delance*. Paris. 1800. fol. Versio latina duorum fragmentorum, quam Morellius in sua edit. min. in notis proposuerat, in hac Parisina textui subiecta est. conf. *Beck*. comm. soc. Lips. philol. vol. II. part. 1. p. 165. Add. humanissimum *Morell.* in Bibliotheca Msta gr. et lat. tom. I. pag. 259. sqq. ubi duas quoque particularum Dionis Cassii versiones lat. ex codd. msst. saec. XV. factas memorat. Altera est *Caesaris oratio ad milites* ex libr. XXXVIII. (tom. I. p. 178. edit.) a *Lauro Quirino*, Patricio Veneto, latine redita, nonnisi tamen ex media circiter parte, quam ex codice bibl. Malatestianae Caesena-

ten-

tenfis Frater *Josephus Maria Mucciolus* edit in Catalogo codd. Mss. illius biblioth. Caesenaë, tom. II. p. 254. sqq. — Altera est: *Neruae Cocceii et Vlpii Traiani vitæ ex Dionis reliquiis*, (a Xiphilino seruat.) *Bonifacio Bembo Brixienfi interprete*: quæ adiectæ sunt *Herodiano* ex versione Angeli Politiani in edit. romana a. 1493.

*Ad pag. 260. lin. 20.*

*Viuiani* versionis ital. tom. I. et II. prodierunt Romæ 1790. — tom. III. 1791. tom. IV. 1792. — Entretien de Philisius et de Ciceron, trad. de *Dion-Cassius* (XXXVIII. 13 — 29.) avec des Remarques par *Saint Croix*; in *Magasin encyclop.* de M. Millin, tom. IV. 7. an. nr. 15. p. 7 — 52. Versioni subiectæ sunt notæ, quæ ad crisin atque interpretationem spectant: adnotationes autem, in calce adiectæ, sunt philosophicæ et historicæ. — *Penzel* versionis germ. tom. I. prima sectio, quæ continet libros Dion. Cassii 36 — 44. prodiit 1786. 8. — tom. II. sect. 2. a. 1799. *Penzel* in altero tomo sæpe culpat interpretationem *Wagnerianam* eamque ex latina *Xylandri* versione maximam partem, existimat, esse factam. *Penzelii* tamen animaduersiones historicæ ac geographicæ maiorem, quam ipsa versio, tulerat laudem. De priore tomo v. *Bibl. vniuers.* germ. vol. 76. part. 1. p. 226. sqq. *Jen. A. L. Z.* a. 1786. V. p. 589. et *Gotting. eph. litt.* a. 1788, p. 91. — de posteriore autem nouam bibl. vniu. vol. 56. part. 2. fasc.

fasc. 8. p. 509. sqq — *Demokratie v. Monarchie; eine freie Uebersetzung aus dem Griechisch. des Dio Cassius, nebst einem Fragmente über die Regierungsform in Vranos, sine loci veri nota, 1796. 8.*

*Ad pag. 262. sect. 6.*

*Birger. Thorlacii comm. Suetonius, Dio Cassius, Josephus et Philo imperio Caii Caligulae et inuicem et cum aliis comparati. Hafniae 1797. — De Moulnes recitatio de Dione Cassio, in Mem. de l'Acad des sc. et B. L. ad an. 1790 et 1791. Berol. 1796. 4. nr. 23. — Brehm bibl. Handbuch etc. II. p. 327. sqq. — Fabric. B. G. meae, edit. cap. XII. vol. V. p. 138. sqq. et pag. 149. sq. de Xiphilino.*

*Ad pag. 262. sect. 7. lin. 7.*

Alia exemplaria scriptor. hist. Augustae in fronte habent notam a. 1568.

*Ad pag. 263. de APSINE, lin. 6.*

Sec. m. edit. cap. XXXIII. vol. VI. p. 106. sq. nr. 12.

---

*Ad §. 79. HERODIANVS.*

*Ad pag. 264. lin. 14.*

Corr. 192. et 193. — De duplici edit. Bonon. 1495. v ad Fabr. B. Gr. VI. p. 288. et Panzeri A. T. I. p. 227. nr. 173. et 175.

*Ad pag. 269. lin. 6.*

Vol. III. Lips. 1792.

*Ad*



*Ad pag. 271. sect. 5. lin. 1.*

Sec. m. ed. cap. XXXIX. sect. VIII. vol. VI. pag. 286. sqq. add. *Brehm. bibliogr. Handbuch etc. tom. II. p. 492. sqq.*

*Ad pag. 272. de AMMONIO SACCA, lin. 23.*

In primis consule *Fabr. B. Gr. libr. IV. cap. XXIX. sect. XI. vol. V. p. 701. sqq. vbi quoque p. 702. in nota gg et hh de Origenie quaedam adscripsi.*

---

*Ad §. 80. PLOTINVS.*

*Ad pag. 274. sect. 3. lin. 2.*

De ed. Florent. 1492. fol. v. cel. Morell. ad Pinelli catal. tom. I. p. 251. sq. Ibid. memorantur exemplaria *Plotini* opp. lat. ex versione et cum commentario *Marsilii Ficini*. Basil. 1562. fol. et Opp. gr. ac lat. ex versione *Mars. Ficini*, Basil. impensis Ludou. Regis. 1615. fol.

*Ad pag. 276. lin. 1.*

Sec. nouam edit. cap. XXIX. vol. V. pag. 676. sqq. Add. cl. *M. Christ. Gottfr. Mulleri*, Rect. Citzensis scholae, progr. de cod. *Plotini* mst. qui in biblioth. episcopali Citzae seruatur. Lips. 1798. m. 8. Multae lectt. variae ex illo cod. adducuntur. — Concerning the Beautiful, or a paraphrase translation from the Greek of *Plotinus* Ennead. I. Book VI. by *Thomas Taylor*. Londin; 1737. 8.

*Ad*

*Ad pag. 277. §. 83. de MINVCIANO. lin. 8.*

Sec. nou. edit. lib. IV. cap. XXXIII. nr. 13. vol. VI. p. 107. sq. — et p. 105. nr. 10. de *MENANDRO* rhetore, qui probabili- ter vixit sub finem saeculi tertii, et de ed. *A. H. L. Heeren*, Gott. 1785. 8.

*Ad §. 84. DION. CASSIVS LONGINVS.*

*Ad pag. 280. lin. 14.*

Langbaeni ed. a. 1656. et 1638. ex prelo exiisse, notatur in *Brüggem*. View. etc. p. 386.

*Ad pag. 281. lin. 18.*

*Heinecke* edit. prodiit primum Dresdae 1757. mai. 8. — rec. cum praef. *Liscouii* ibid. 1742. m. 8.

*Ad pag. 282. lin. 15.*

*Longin.* de sublimitate. Parmae typ. *Bo-* don. in fol. mai. 4. et min. 8. — *Boilauii* versio recusa est in *Desseffarts* Recueil de Préceptes et d'Exemples sur le Beau et le sublime dans les Ouvrages d'Esprit. Paris 1798. 12. De aliis editt. ac versioibus et commentatoribus v. ad *Fabr* B. Gr. lib. IV. cap. XXXIII. nr. IX. vbi a pag. 79. de *Longino* agitur, p. 85. f.

*Ad pag. 183. not. lin. vlt.*

Corr. 155. Add. *Ruhnken* ad *Longin.* not. p. 250. sq.

*Ad*

*Ad pag. 284. lin. 1.*

*Franc. Buddei* diss. de eo, quod in oratione diuinum est, ad sect. I. D. Longini. Jenae. 1691. 4. Add. ad Introd. II. 2. p. 351. sqq. — *Brüggemann* View etc. pag. 386. sqq.

---

*Ad §. 85. DEXIPPVS.*

*Ad pag. 284. lin. 5.*

Sec. m. edit. libr. V. cap. I. vol. VII. pag. 535. — Conf. *Rectemeieri* comment. de Zofimi fide, in Volborth. bibl. philol. vol. II. p. 250. sq.

---

*Ad §. 86. ACHILLES TATIUS.*

*Ad pag. 286. med.*

Nitidam Achillis Tatii edit. curauit *Lud. Dutens*. Paris. 1776. 8.

Germanice verterunt *Ast* et *Güldenapfel*, Lips. 1802. 8. — Ad gallicas versiones praeterea pertinent: Les amours de Clitophon et de Leucippe trad. du Grec d' *Achilles Tatius* avec des notes par *Perron de Castera*. nouvelle ed. cum IV. figg. Paris. 1796. 18. II. voll. — *Barthelemy Mercier* Abbé de St Leger curavit *Bibliothèque des Romains*, trad. du Grec. cont. les narrations d'Amour de *Parthenius de Nicée*, et les affections d'amour par *Plutarque* (I. vol.) *Leucippe et Clitophon d'Achille-Statius*. (II. voll.) *Théagènes et Chariclée* par *He-*

*Héliodore* (II. voll.) *Daphnis et Cloé* par *Longus* (I. vol.) *Abrocome et Anthia* par *Xenophon d' Ephese* (I. vol.) *Cheréas et Callirhoé* par *Chariton* (II. voll.) *Ismene et Ismenias* par *Eustathe*. (I. vol.) *Rhodomante et Doficles*, par *Theodorus Prodrumus*. (I. vol.) *L'ane de Lucien* et *l'Histoire véritable du même*. (I. vol.) Paris. 1796 — 1797. 12. XII. voll. praemissae sunt singulis tomis historicae atque litterariae animaduerfiones. — rec. 1798. Omiffum ibi librum romanensem gallice vertit *le Brun: Aventures d' Apollonius de Tyr*, Roman trad. du grec par M. *le Brun*. Paris. 1798. 12. — *Achillem Tatium* gallice quoque vertit *Clement*. Paris. 1800. 12.

*Ad pag. 287. sect. 6. lin. 1. et 2.*

Sec. m. edit. libr. III. cap. XVIII. nr. XXIII. vol. IV. pag. 41. sqq. et libr. V. cap. VI. vol. VIII. p. 130. sqq. — *Brehm bibliogr Handbuch etc.* tom. II. pag. 1. sqq.

*Finis tomi prioris.*

---







Z  
7021  
H3  
1792  
Suppl.  
t.1

Harles, Gottlieb Christoph  
Theophili Christophori  
Harles Svpplementa

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

